M 6
36-F
11
6
9 N
21
C.39.D.
6-36-F 11

SIGILLA
COMITVM FLANDRIÆ
ET
INSCRIPTIONES DIPLOMATVM
AB IIS EDITORVM
CVM EXPOSITIONE HISTORICA

OLIVARI VREDI IVRIS-CONSVLTI BRVG.

Ex quibus apparet, quid COMITIBVS FLANDRIÆ *acceſſerit, deceſſeritve, & quâ ratione Hiſpaniarum, aliaq; Regna, nec non ſeptemdecim Belgii; cateraq; Provincia, ad* PHILIPPVM MAGNVM IV. HISPANIARVM REGEM, *ſint devoluta.*

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA



BRVGIS FLANDRORVM,
Apud IOANNEM BAPTISTAM KERCHOVIVM,
viâ altâ, ſub ſigno Bibliorum. Anno 1639.

SCVLPTORES

SAMVEL ET ADRIANVS SAM. F. LOMMELINI.

FRANCISCVS PATER ET FILIVS, SCHELHAVRII.

BRVGENSES.

PHILIPPO MAGNO
IV.
HISPANIARVM
REGI

ROMA

FLANDRIÆ COMITI

AVguſtus Imperator, ut ait Suetonius, *in diplomatibus* In Aug. *libelliſq; & epiſtolis ſignandis,* cap. 50 *initio Sphinge uſus eſt, mox imagine Magni Alexandri, noviſſimè ſuâ.* Noviſſimum ejus factum imitati ſunt CAROLVS MAGNVS, LVDOVICVS PIVS, CAROLVS CALVVS, Imperatores etjam Auguſti; & ab iis oriundi, FLANDRIÆ COMITES; Tui, REX PHILIPPE MAGNE, Pro-

Progenitores; quod in ceris, quibus diplomata ſua ipſi conſignârunt, animadverti. Haſce dum, ad veram FLANDRIÆ Hiſtoriam è tenebris aliquando vindicandam, curioſiùs indago, atque inſpicio; ita me rapuit cùm primarum veneranda antiquitas, tùm mediarum, ultimarumque Auguſta Majeſtas, ut operæ pretium eſſe putârim, ceras illas omnes, jam inde ab octingentis pœnè annis, colligere, & quandoquidem Majorum Tuorum effigie ſint impreſſæ, ad Majeſtatis Tuæ atria exornanda, conferre; id quod olim inter Nobiliſſimos Romanorum factitari ſolitum, teſtatur Plinius, ubi de, imaginibus agens: *Apud Majores*, inquit, *in atriis hæ erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec æra, aut marmora. Expreſſi cerâ vultus, ſingulis diſponebantur armariis &c. ſtemmata verò lineis diſcurrebant, ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monimentis rerum in Magiſtratu geſtarum. Aliæ, in foribus, & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis: quæ nec emptori refringere liceret; quæ etjam Dominis mutatis domûs ornamenta erant; e-*

Lib. 35. cap. 2. Hiſtor. natur.

ratq;

ratiq; hæc ſtimulatio ſumma & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem Dominum intrare in alienum triumphum. Habes hîc, MAGNE REX, Majorum Tuorum imagines, cereas illas quidem à me repertas, ſed, ut eaſdem Tibi, Tuiſque Poſteris, in ſexcentos annos, repræſentem, æri inciſas, & in hoc libro, velut in ampliſſimo quodam atrio, ſe Tibi, totique orbi oſtentantes. Perlege igitur REX MAGNE, utar verbis Ovidii:

Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras. 1. Faſt.

Intuere tot BALDVINOS, Fortiſſimos Viros, COMITES, MARCHIONES, ac demum etjam GRÆCORVM IMPERATORES AVGVSTOS; CAROLOS, Sanctos, Magnanimos, ROMANORVM IMPERATORES AVGVSTOS; PHILIPPOS, PRINCIPES, DVCES, ARCHIDVCES, REGES; perlege, in ambitu cerarum, quâ ratione, Tu, REX MAGNE, Tuique Tecum Majores, jam numero XXXV. FLANDRIÆ COMITES, tot Regnorum Reges, tot Provinciarum, Ditionumq; Archiduces, Duces, Comites, Principes, Marchiones, Domini

ni appellemini, & ſitis. Nec perlege tantùm, ſed &, quod facis, ſanctâ æmulatione, Tuos illos Majores imitare. Valerius Maximus, de Manlio Torquato, ad exemplum Abavi ſui T. Manlii Capitolini Torquati, adverſus filium ſuum, Decium

Lib. 5. cap. 8. exem. 3. Syllanum, ſententiam dicente: *Videbat*, inquit, *ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati, ſeveritate conſpicua imago poſita erat, prudentiſſimoq́ viro ſuccurrebat, effigies Majorum ſuorum, cum titulis ſuis, idcirco, in prima ædium parte poni ſolere, ut eorum virtutes poſteri non ſolùm legerent, ſed etjam imitarentur.* Ita quoque Criſpus Saluſti-

De bel. Iugurt. us: *Sæpe audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea Civitatis præclaros Viros, ſolitos ita dicere, cum Majorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neq́ figuram, tantam vim in ſe habere, ſed memoriâ rerum geſtarum, eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neq́ prius ſedari, quàm virtus, eorum famam atq́ gloriam adæquaverit.* Dudum eſt, REX MAGNE, quod præclara Majorum Tuorum facta, non tam ad ſcientiam, quàm ad æmulationem edidiciſti; ſed

c (·) neque

neque ea Te latere paſſus fuiſſet, ille, qui Tibi, tot Regnorum Atlanti, magnus adſtat Alcydes, prudentiſſimus Comes-Dux Guzmannus. Te verò, jam pridem, ad eorum virtutes adæquandas accenſum eſſe, cùm toto Regiminus Tui (quo MAGNI cognomen acquiſiviſti) tùm hoc præſertim tempore, palam feciſti, quando, pro Domûs Tuæ Auſtriacæ dignitate tuendâ, & (quæ curarum Tuarum prima ſemper fuit, ac ſumma) pro fide Catholica ſtabilienda, frequentiſſimos, Orbe toto, exercitus alis, ut hoſtium, quà numero, quà potentiâ, Tibi ſoli non formidandorum, impetus, à Germania, Hiſpania, Italia, propulſes. Cujus Tuæ Paternæ ſollicitudinis, & Regiæ liberalitatis, non minimam ſanè partem Belgicæ Provinciæ, & in iis FLANDRIA noſtra, ſibi ſemper vendicârunt: quibus, ut in ſummo rerum omnium, ac præſertim fidei Orthodoxæ periculo, ſuccurreres, non dico jam Indias exhaurire, aliarumq; Terrarum Tuarum Theſauros effundere non cunctaris, verùm etjam, proprii ſanguinis mininè parcus, unicum Tuum FRA-

TREM, eumque Cariſſimum FERDINANDVM CARDINALEM AVSTRIACVM, tam probis omnibus amabilem, quàm improbis formidabilem, Belgio periclitanti, adeò opportunè ſubmiſiſti: hoc ſcilicet à Majoribus Tuis edoctus:

Cato in diſtich. *Non minor eſt Virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Quo pede ſi porrò pergas, eoſdem illos Tuos Majores, imitabere, imò adæquabis, addo & tranſſcendes; jamque non MAGNI tantùm, quod ab Alexandris, Pompejis, CAROLIS, derivatum, optimo meritorum Tuorum jure, poſſides; ſed quod ab una Italia liberata, Q. Fabius olim retulit, id Tu ab Orbe novo, & veteris potiore parte defenſis, MAXIMI cognomentum meritò reportabis. Ita voveo

REX MAGNE

MAIESTATIS TVÆ

minimus ſubditus

OLIVARIVS VREDIVS.

BIBLIOTEC...

LECTOR BENEVOLE.

HIſtoriam COMITVM FLANDRIÆ concinnatam habeo; cui ex ipſorum Comitum diplomatibus, eorum item ſigillis, & ab authoritate Scriptorum, ſingulis Comitibus coætaneorum, fidem facere decrevi. Dum igitur undiq́ue diplomata colligo, & quidquid apud veteres illos Auctores, eam in rem legitur, corrado: tanta fit congeries, ut in acervos dividenda fuerit, ſi commodè eam promovere velim. Primùm itaque, ſacra è profanis delecta, Hiſtoriam Flandriæ ſacram conficient; quæ Eccleſiarum, Collegiorum, Monaſteriorum Noſocomiorum, Xenodochiorum, aliarumq́ue piarum inſtitutionum, à Comitibus, eorumq́; familia factarum, origines, complectetur. Profana, præ nimia quoque ſui copia, bipertitò rurſum fuère ſubdividenda: in Hiſtoriam videlicet, ac Genealogiam. Hiſtoria, quidquid Flandriæ Comites, connubiis, emptione, armis quoq́ue, ſibi vendicârunt, enarrabit. Genealogia, veram genuinamq́ue Comitum, ac Domûs Flandricæ Poſteritatem tradet. Hanc verò, quia non à cæcis conjecturis, uti hactenus plerumq́ue contigit, verùm ab ipſis, quà Comitum, quà eorundem uxorum, liberorumq́ue ſigillis, comprobatam, dare conabar; accidit, partim quorundam amicorum ſtudio, partim meo, in excutiendis urbium, Monaſteriorum, & Eccleſiarum Archivis, labore, ut collectorum per me ſigillorum numerus, à ſexcentis parum abeſſet; unde cum Genealogiam, exhibitis dumtaxat Vxorum, Liberorumq́ue, Nepotum item, Neptiumq́ue ſigillis, affatim & ornamenti, & firmitatis habituram eſſe judicarem: operæ-pretium eſſe putavi, Comitum ipſorum ſigilla, quæ & elegantiâ, & varietate, id merebantur, peculiari volumine, ſeorſim edere, adjectâ iis enarratione Hiſtoricâ, quâ devolutarum Provinciarum tempus, & ratio compendioſè demonſtrantur: quòd videlicet juſtum ea librum explere, & reliquis, quæ ſequuntur, partibus, non parum

ſub-

ſubſervire poſſe viderentur. Hunc tibi, lector priorem librum nunc eo porrectum.

Reliquos tres quod attinet, te, priùs quàm edantur, mihi invocandum eſſe duxi, ut ſi qua, vel à Te, vel aliunde, mihi poſſis adhuc diplomata ſuppeditare, id facere velis: eaque vel maximè ſuggeras, quæ res ſacras, piaſque fundationes concernunt. Equidem, quantum ejus à me fieri poterit, paratus ſum, omnia, vel integra, vel pro parte (ſcio enim eſſe quæ omnibus revelanda non ſunt) per typos evulgare, & non committere, ut vel unum negligatur.

Idem fieri exopto quoad Familiam Flandricam, ab iis præſertim, qui, ex ea oriundi, diplomata, cum ſigillis, fortè aſſervant. Quos vehementer etjam atque etjam rogo, ut eorum quæ, aut habent, aut habere poſſunt, exemplaria, publico Patriæ ornamento, adeoque ſuo etjam honori, ne velint invidere.

Tu verò, Lector, ne omnia, quæ forſan Tibi, in hac ſigillorum enarratione, relinquentur obſcura, hîc requiras; plurima ſiquidem, quibus hîc non erat locus, in ipſam Hiſtoriam rejeci; à qua, nî grave ſit, ea tantiſper exſpectabis.

E diplomatibus, inſcriptiones potiſſimùm adduxi, quibus ſubinde concluſiones quoque ſubjeci: cùm ut Conſiliarios Comitum unà indigitarem, tùm ut pateret, quo tempore, quove loco iidem Comites ea diplomata dederint, quòd & hoc, & illud, non mediocriter ad Hiſtoriam facere judicarem.

Excerpſi quoque, è diplomatibus, ea, quæ nonnunquam ad interpretationem titulorum conducunt, ut præſertim in ceſſione Burgundiæ, ac provinciarum Belgicarum, ISABELLÆ factâ, quæ, ad interpretandos ipſius ISABELLÆ titulos, integra propemodum fuêre proponenda.

Cæterùm ſigilla, eâ magnitudine, eâque literarum & effigierum formâ, do, quibus illa offendi; proinde ſicubi inſignium teſſeræ minùs caſtigatè reddantur: ſicubi effigies Comitum, eos vultus ad vivum exactè non referant, quos repræſentant: ſicubi ſigillorum circumſcriptiones à latinæ linguæ legibus deflectant: nihil à me, meiſque anaglyptis; totum verò à priſcis ſculptoribus illorum ſigillorum, unde cera expreſſa eſt, erratum eſſe ſcito; ita enim illa dedi in ære, quemadmodum reperi in cera: non ut eſſe debent, ſed ut ſunt; neque meum eſſe putavi, ullo modo

ea vel

ea vel corrigere vel innovare.

Addidi prætereà chartulam geographicam, nunc quidem obiter ac tumultuariò elaboratam, ut qualis & quanta fuerit Flandria, cùm à Carolo Calvo, Iudithæ in dotem daretur, ſaltem aliquo modo perſpicias; majorem porrò eam, & exactiorem à me in Hiſtoria habiturus; ad quam, unà, cum Genealogia, edendam, ſedulò me accingere non dubitabo, ſi hoſce meos in perquirendo labores, & in ſculpendo atque excudendo ſumptus, Regiæ Majeſtatis ſplendori, & Flandrici nominis gloriæ, videro aliqua ex parte reſpondiſſe. Vale.



LOCORVM OBSCVRIORVM NOMINA HODIERNA.

ADelfringahem, Elver-
Agnion fl. *Aa.* (dinghe.
Alnetum, *Lannoy.*
Alta ripa, *Haulterive.*
Blandinium, S. Pieters.
Bellus locus, *Beau lieu &c.*
Crepicordium, *Crevecœur.*
Centula, *S. Richier.*
Iſla, *Lille*, Rijſſel.
Lamiſlitum, Sluys.
Lutoſa, *Lenſe.*
Maceriæ, *Maſeroles.*
Marcis, Mardijcke.
Medenatum, *Melanthois.*
Merebecchi, Meerbeke.
Minariacū, *Eſterre*, Steegers
Monaſteriolum, *Monſtreul.*
Nobiliacum, *S. Vaſt.*
Portus Iccius, 't Scheurken.
Pabula, *Pevele.*
Ponticum, *Abbeville.*
Quercetum, *Queſnoy.*
Rien, Marcgraefſchap des
(H. Rijcx.
Rodenburgum, Ardenburg.
Sabucetum, *Souché.*
Sandeshova, Nieuport.
Scarphautū, Blanckeberge.
Spinetum, *Eſpinoy.*
Ticlivinni, Dickelveune.
Trellingehem, Deerlicke.
Vēdelgeia, *Chaſteau de Camb.*
S. Willebrordi, Grevelinghe.
Winebriga, S. Michiels.

SIGILLA COMITVM FLANDRIÆ

ET INSCRIPTIONES DIPLOMATVM AB IIS EDITORVM.

CVM EXPOSITIONE HISTORICA,

BALDVINVS FERREVS, ſive BRACHIVM FERREVM, FLANDRIÆ COMES I. Anno 878.

BALDVINVS, anno 862 ductâ in uxorem IVDYTHA, filiâ CAROLI CALVI Imperatoris, filij LVDOVICI PII, nepotis CAROLI MAGNI, Flandriam accepit in dotem, poſt obitum CAROLI, ut propriam ſibi atq; hæredibus, perpetuò poſſidendam. Quo Flandriæ nomine omnis ea regio appellata eſt, quæ Somonâ, Scalde & Oceano continetur. Mortuo, ſub annum 878, CAROLO, BALDVINVS duobus tantùm annis ſupervixit.

Nullum ejus vidi ſigillum, neque diploma.

BALDVINVS CALVVS, filius BALDVINI FERREI COMES FLANDRIÆ II. Anno 880.

FLandriam omnem, morte Parentis, obtinuit: agro Cameracenſi (Cameraceſium vocant) excepto; qui RODOLPHO fratri, in portionem hæreditariam ceſſit. Obijt BALDVINVS anno 918.

Neque hujus ullum reperio ſigillum vel diploma.

ARNVLPHVS MAGNVS, BALDVINI CALVI filius COMES FLANDRIÆ III. Anno 918.

FLandriam adeptus eſt, non Cameraceſio tantùm, ſed & Boloniâ cum fano S. Pauli, & Ghiſnis imminutam; has enim ditiones BALDVINVS CALVVS, Comitatus Bolonienſis nomine, ADALVLPHO, filio ſuo minori natu, aſſignavit, clientelari Comitum Flandriæ beneficio, retinendas.

ARNVLPHVS, cùm XL ferme annis, Flandriam prudentiſſimè gubernaſſet, filium ſuum BALDVINVM, ſecum Comitem eſſe juſſit, anno 958.

Gand. in arch. Ab. S Petri Blandin. Exſtat ejus diploma, anni 941, hac inſcriptione: *ARNVLPHVS, adminiculante ſuperni regis clementia, Marchiſus &c.* In fine verò: *Signum ARNVLPHI clementiſſimi Comitis atque Marchiſi.*

Ibidem. Et anni 953: *Ego in Dei nomine ARNVLPHVS Flandriæ Comes & Marchiſus &c.*

Diplomati, anni 941, adhæret affixum ſigillum, ſcuto, in brachium dextrum, è collo dependente. Quonam verò id ſymbolo inſignitum fuerit, præ vetuſtate, non apparet.



BALDVINVS IVNIOR, filius ARNVLPHI MAGNI, COMES FLANDRIÆ IV. Anno 958, *cum Patre.*

FLandriæ gubernaculo à patre admotus, vix quatuor annis ſupervixit, variolis extinctus, anno 961.

Nullum ejus mihi occurrit hactenus diploma: at ſubſcripſit paterno anni 941, hoc modo: *Signum BALDVINI filij ARNVLPHI Marchiſi.*

Alterique anni 953: *S. BALDVINI filij ARNVLPHI.*

ARNVL-

ARNVLPHVS MAGNVS, iterum ſolus. Anno 961.

ORbatus BALDVINO atq; EGBERTO filijs, præfuit adhuc Flandriȩ tribus annis: ſenio pariter & calculo ita afflictatus, ut lecticâ ſemper geſtaretur. Exceſſit è vitâ, anno 964.

Ejus diploma, in hac ſenectute, anno videlicet 962, datum, ſigillo caret; at hanc habet præfationem: *Ego in Dei nomine ARNVLPHVS, gratia Chriſti, Comes.* Gand. in S. Petri.

Anno 961: *Ego ARNVLPHVS, dictus MAGNVS, BALDVINI CALVI genitus, per Dei miſericordiam, Flandriæ Marchio.* Brugis in S. Donat.

ARNVLPHVS II, ſive IVNIOR, filius BALDVINI IVNIORIS, COMES FLANDRIÆ V. Anno 964.

PVer adhuc, ſucceſſit avo ſuo ARNVLPHO: defunctus ipſe, anno 988.

Diploma, quod anno 972 edidit, hujuſmodi habet prooemium: *Ego ARNVLPHVS gratia Dei Marchiſus.* E duabus inciſuris, in imâ pergamenâ, colligo affixum fuiſſe ſigillum, ſed vetuſtate dilapſum. Gand. in S. Petri.

BALDVINVS BARBATVS, filius ARNVLPHI IVNIORIS, COMES FLANDRIÆ VI. Anno 988.

OBtinuit ab Imperatore OTHONE Valencenas, & Caſtrum Gandenſe ultra Scaldem. Quatuor item officia, Waſiam, atque inſulas aliquot Zelandicas Flandriæ aſſeruit: omnia, perpetuo clientelæ Cæſareæ titulo, tenenda.

Vnicum ejus obtigit mihi diploma; datum primo regiminis ſui anno, ſigillo deſtitutum, ita verò inſcriptum: *Ego BALDVINVS cum matre mea SVSANNA Regina, poſt exceſſum vitæ patris mei ARNVLPHI Marchiſi &c.* Gand. in S. Petri.

Anno 1034, ſubſcripſit diplomati ROBERTI, Regis Francorum, in hunc modum: *S. BALDVINI Comitis Flandriæ honeſtæ barbæ.* Atrebati in S. Vedaſt.

Vixit uſque ad annum 1034.

BALDVINVS PIVS, ſive Inſulanus, BALDVINI BARBATI filius, FLANDRIÆ COMES VII. Anno 1034.

AB HENRICO III. Imperatore adeptus eſt Brachbantū, ſive terram Aloſtanam: item Tornacum. Emitq;ab HERMANNO, Godefridi Captivi filio, Eenhamum.

In Abb. Marchian. Ejus diplomata varias habent inſcriptiones; anni 1038 hanc: *Ego BALDVINVS Dei gratia Flandrenſium Comes.*

In S Pet. Gand. Anni 1056: *Ego BALDVINVS Dei gratia Flandrenſium Marchio.*

In Abb. Eenham. Anni 1063: *BALDVINVS, gratia Dei Flandrenſium Princeps*

In S. Bert. Anni 1065: *BALDVINVS, Dei gratia, Flandrenſium Comes.*

Inſulis in S. Petri. Anni 1066: *Ego BALDVINVS Flandrenſium Comes, Marchio, & PHILIPPI Francorum Regis, ejuſque regni Procurator & Bajulus.*

In S. Mart. de Camp. Paris. Sic & ipſe PHILIPPVS Rex in diplomate anni 1065: *Ego autem, favente Matre, atque Comite BALDVINO, Regiæ domus curam gerente eadem &c. Concedo &c.*

Brug. in S. Donat. Anni 1067: *Ego BALDVINVS, Dei gratia, Flandrenſis Comes.*

Ex his diplomatibus, uni dumtaxat, quod eſt anni 1065, affixum ejus vidi ſigillum; cęteris autem, fere omnibus, adhibuit ſigillum PHILIPPI Regis, quem, ut Avunculus & *Bajulus* .i. Tutor, dirigebat: quod videlicet hunc ei honorem deferret.



Deceſſit BALDVINVS anno 1067.

BALDVI-

BALDVINVS MONTENSIS, BALDVINI PII filius, COMES FLANDRIÆ VIII. *Anno* 1067.

DIctus *Montenſis* ab urbe primaria Comitatûs Hannoniæ; quē conſecutus eſt, ductâ in uxorem RICHILDE, RAGINERII IV. Hannoniæ Comitis, unicâ filiâ & hęrede. Duabus provinciis ſuis, Flandriæ & Hannoniæ, adjecit Geraldi-montem, in pago Brachbanteſi, ultra Scaldem: emptum à nobili viro Geraldo, unde loco nomen; quem in formam oppidi munivit.

Vix triennio patri ſupervixit, mortuus anno 1070; poſtquam Aldenardæ, in ſolenni Procerum conventu, ARNVLPHO, majori natu filio, Flandriam: minori BALDVINO, Hannoniam, teſtamento aſſignaſſet: fratremque ſuum ROBERTVM, ARNVLPHI, adhuc impuberis, Tutorem conſtituiſſet, ac Flandriam ei commiſiſſet gubernandam, donec ARNVLPHVS imperio aptus eſſet.

Reperi ejus, diploma anni 1065, vivente adhuc patre, cum ſigillo PHILIPPI Regis, & hoc prologo: *Ego BALDVINVS, filius BALDVINI, PHILIPPI Regis Francorum Procuratoris & Bajuli.* In arch. Abbat. Haſnon.

Subſignavit item diploma Philippi Regis, anno 1066 datum, in hunc modum: *BALDVINVS, Comes de Montibus, filius BALDVINI Comitis.* In arch. Meſſen.

Refert Meyerus, hunc etiam ſe ejus titulum inveniſſe: *BALDVINVS, per Dei clementiam, Princeps Flandriæ.* In annal. ad. n. 1070.

ARNVLPHVS INFELIX, filius BALDVINI MONTENSIS, FLANDRIÆ COMES IX. *Anno* 1070.

MERitò INFELIX cognominatus, quod, cum Matre filiorum ſuorum tutelam affectante pugnans adverſus ROBERTVM FRISONEM, patruum ſuum & Tutorem, ex teſtamento paterno, ad Caſſetum, adhuc adoleſcens, cæſus ſit: menſe Februariò, an. 1071, ut quidem ſcriptores Gallici computant, annum à Paſchate inchoantes, qui Romanis, anni exordium à calendis Ianuarii ſtatuentibus, eſt 1072.

Hujus ARNVLPHI, quod juvenis admodum, & adhuc Matris atque Tutoris poteſtati obnoxius, interierit: quodque mox, à Patris obitu, de adminiſtratione Provinciæ, bello decertari cœptum ſit; non credo ullum extitiſſe diploma, aut ſigillum reperiri.

ROBERTVS FRISO, filius BALDVINI PII, FLANDRIÆ COMES X. Anno 1071.

CÆſo ARNVLPHO, &, per Franciæ Regem, procuratâ pace cum BALDVINO, ARNVLPHI fratre, Hannoniæ Comite: ROBERTVS Flandriâ potitus eſt. Is, contracto matrimonio cum GERTRVDE SAXONICA, viduâ FLORENTII, Comitis ejus regionis, quæ poſtea Hollandia dicta, tunc etiã Friſiæ nomine comprehendebatur, Hollandos, ſive Friſios moſanos, aut ciſ-rhenanos gubernavit: ac de ulterioribus etiam Friſiis aliquoties victoriam reportavit; unde FRISONIS cognomen invênit. Sub annum 1077, rebus Friſicis multùm occupatus, filium ſuum ROBERTVM IVNIOREM, ſibi, in imperii Flandrici ſocietatem, adſcitum, COMITIS FLANDRIÆ nomine, juſſit appellari.

Gand. in arch. blã S. Petri.

Anno 1072, diploma edidit, ſigillo munitum, in quo ſcutũ eſt, Leonis typo impreſſum; diplomati ſic inſcripſit: *ROBERTVS Dei gratia Comes Flandriæ.*



ROBERTVS IVNIOR, ſeu HIEROSOLYMITANVS, filius ROBERTI FRISONIS, FLANDRIÆ COMES XI. Anno 1077. *cum patre ROBERTO.*

FLandriam rexit, cum patre, XVII circiter annos: ad annum uſque 1094, quo pater obiit. Dictus HIEROSOLYMITANVS quod unà cum GODEFRIDO BVLLIONIO, aliiſque Principibus Chriſtianis, Hieroſolymam recuperârit.

Patris ROBERTI diploma eſt, anni 1080, cum ſigillo PHILIPPI

LIPPI Francorum Regis, & charactere, loco ſigilli: quo, litteræ omnes nominis ROTBERTI exprimuntur; hac inſcriptionis formulâ: *Ego ROBERTVS Dei gratia Flandrenſium Comes.* In arch. Abb Meſſen.



Anno 1090 ita ſcripſit: *Ego ROBERTVS per Dei gratiā Flandrenſium Marchio.* In arch. Abb. Falempin.

Sigillum hujus diplomatis videre, hactenus mihi non eſt conceſſum.

Vidi ipſius diploma datum anno 1093, cum ſigillo pergamenæ affixo; ita vetuſtate mutilato, ut præter hic expreſſas litteras, nullæ ſupereſſent. Diploma incipit in hęc verba: *Ego ROBERTVS Marchio Flandrenſium.* In arch. S. Bertin. Audom.



ROBERTVS verò IVNIOR, patre adhuc vivente, ſigillo

etjam uſus eſt, quo & litteras poſteriorum annorum conſignavit.



ROBERTVS IVNIOR ſolus. Anno 1090.

FOEdere Moguntiaci percuſſo cum HENRICO Imperatore, retinuit ſibi Duacum: quod Hannonię Comes ſuę ditionis eſſe, & ad Hannoniam pertinere contendebat. Interijt an. 1112, bello Normannico, cum Rege Francorum dimicans adverſus Anglos, in eruptione quadam, ad urbem Meldenſem oppreſſus, & equorum ungulis conculcatus.

B ug. in arch. S. Donat. Inſcriptiones diplomatum ejus haſce reperi: Anni 1101: *Ego RODBERTVS, Dei gratia, Flādrenſis Marchio, Comitis RODBERTI, agnomine FRISONIS, filius.* Eſt hoc diploma obſignatum ſigillo ſuperiore, quo vivente patre, utebatur.

B ug in S. Andreæ. Anni 1105: *Ego ROBERTVS univerſe Flandrię, poſt Deū, Princeps.*

In Ab. Vormizeel. Anni 1109: *Ego ROBERTVS, ROBERTI filius, Dei gratia, Comes Flandrenſium.*

Audom. in S. Bert. Anni 1110: *Ego ROBERTVS Marchio Flandrenſium.*

Ad hoc diploma ſigillum eſt membranę affixum, in quo præter nominis litteras, reliquę omnes deſiderantur.



Aliud

Anno 1112, adhibuit ſigillum, quo uſus vivo adhuc parente: atque ita diploma: *Ego ROBERTVS Comes Flandrie.* Burburg in Abb.

In hoc alijſq;, circa hæc tempora, ſigillis, interdum nec equorum fræna conſpiciuntur, nec ephippia, nec ſubices illi pedanei, qui Romanis ita ignoti fuerunt, ut ne nomen quidem habuerint, novo nunc vocabulo *ſtapedes* dicti; nempe antiquitus generoſum ducebant, equo inſilire, eumque regere jubis apprehenſis.

***BALDVINVS SECVRIS**, filius **ROBERTI HIEROSOLYMITANI**, Flandriæ Comes XII. Anno* 1112.

HIc etiam profectus in Normanniam, cęde patris ulturus, in oppugnatione urbis Auges, illiſo fronti clypeo, ſauciatus: dum curare vulnus negligit, nono circiter menſe poſt, in flore ætatis, abſque liberis interiit. Anno 1119.

Diplomata varia, cum variis præfationibus, emiſit; Annorum 1112 & 1113: *Ego BALDVINVS Flandrie Comes.* Alciaci. In S. Bert.

An. incerti: *Ego BALDVINVS Dei miſeratione Flandrenſis Comes.* Inſul in S. Petri.

Item: *Ego BALDVINVS, filius ROBERTI Comitis, gratia Dei, Comes Flandrenſis.* In S. Andr. Brug.

An. 1117: *BALDVINVS Dei gratia Flandrenſium Comes.* Vormizeel

An. 1119: *BALDVINVS Dei gratia Flandrie Marchiſus.* S. Bertin.

Vſus fuit uno ſemper eodemque ſigillo; id verò non affixit membranæ, ut omnes, ante eum, Comites, ſed appendit; quod ipſum cæteri, eum ſecuti Comites, hodieque imitantur.



CARO-

CAROLVS BONVS, filius CANVTI Regis Daniæ, & ADELÆ, filiæ ROBERTI FRISONIS, FLANDRIÆ COMES XIII. Anno 1119.

FRISONIS filiis omnibus, & nepotibus legitimis defunctis, CAROLVS, ex ADELA, ROBERTI FRISONIS majore natu filiâ genitus, Comitatum Flandriæ, tū generis propinquitate, tum etjam ex teſtamento *BALDVINI SECVRIS*, eſt conſecutus. Occubuit Brugis in æde S. DONATIANI, anno 1126, à Stratiis pro Iuſtitia & Religione, peremptus.

Viventis adhuc BALDVINI SECVRIS diplomati, CARO-
Inſul. in S. Petri. LVS an. 1117, ita ſubſcripſit: *Ego CAROLVS CONSANGVINEVS & ſucceſſor Comitis BALDVINI.*

Ipſius verò CAROLI diplomata, varias habent, variis in locis, inſcriptiones,

Aldenb. in S. Petri. Anni videlicet 1119: *Ego KAROLVS Dei gratia Flandrenſium Comes.* cum hoc ſigillo:



Gand. in S. Petri. An. 1120: *Ego CAROLVS Dei gratia Comes Flandrie & filius Regis Dacie.*

Ab winoc. Anni 1121: *Ego KAROLVS Flandrenſis Comes.*

In S. Bert. An. 1122: *KAROLVS Dei miſeratione Flandrenſium Comes.*

Gand. in S. Bavon. Hujus etjam anni: *KAROLVS Dei providentia Comes Flandrie.*

In S. Petri. An. 1123: *Ego CAROLVS Comes Flandrie & filius Regis Dacie.*

In Abbat. Loënſi. Ejuſdem anni: *Ego CAROLVS nepos ROTBERTI Comitis filij ROTBERTI Marchionis cognomento Friſonis.*

In S. Bert. An. 1125: *Ego CAROLVS divina favente clementia Comes Flandrie.*

Ab hiſce diplomatibus fere pendet ſigillum ſuperius præterquam

quàm in S. Bertini anni 1122, ubi tale ſigillum conſpexi.



GVILIELMVS NORMANNVS Ducis ROBERTI filius, GVILIELMI Regis Angliæ ex MATHILDE, BALDVINI V I I filiâ, nepos, FLANDRIÆ COMES XIV. an. 1126.

FAvore Regis Francorum, adverſus THEODORICVM ELSATIVM obtinuit Flandriæ Comitatum; dumque ELSATIVM, in opidum Aloſtenſe fugientem, incautiùs proſequitur, miſſo è mœnibus telo percuſſus, quarto poſt die, deceſſit, alterò regiminis ſui anno, ſæculi undecimi vigeſimo octavo.

Hujus ad me tria diplomata devenêre. Primum anni 1127 cum hoc ſigillo, ſic eſt exorſus: *Ego GVILIELMVS Dei gratia Comes Flandrie, filius ROBERTI Comitis Normannie.* Brug. in S. Donat.



alterum

Arch. urb. Audomar. Alterum ejuſdem anni hoc modo: *Ego GVILIELMVS Dei gratia Flandrenſis Comes.*

Brug. in Abb. Dun. Atque ita tertium anni 1128 ei fatalis; cum alio ſigillo: *Ego WILLELMVS gratia Dei Comes Flandrie.*



In hoc GVIL. NORMANNI ſigillo, quamvis totus propemodùm ſcuti umbo facilè videatur, nullum tamen ſymboli alicujus veſtigium deprehendo; verumtamen Audomaropoli, in S. Bertini cœnobio, ejus effigies, ſepulcrali ſaxo inciſa, ſcutum ſuſtinet, emblemate à veteribus illius Monaſterii inſignibus, modò pedum adſit, vix diverſo. Eſt autem illud ſcutum à circulo, umbilicum ejus obeunte, in octo ſegmenta (gyros vocant) ex æquo diviſum. Quod dum curioſiùs præſens inſpicio, collatumque cum eo, ipſius Abbatiæ ſcutum, animadverto, etjam octies diſtinctum, eodem planè ordine quo ſcutum NORMANNI; in mentem venit, illa NORMANNI inſignia, cum cœnobii inſignibus, eadem eſſe: illam ob cauſam, Comitibus Flandriæ, à Cœnobitis attributa, quod ex iis aliqui fuerint etjam S. Bertini Abbates, alii in habitu religioſo ibidem ſepulti.

Nec aliunde ſcutum illud ſuppoſititium, quod Gyronatum vocant, cujus omnium primus mentionem facit Iperius, Chronographus Bertinianus, quodque, ab eo, cæteri omnes primis Comitibus affingunt, originem habere exiſtimem: cum perinde in octo ſegmenta, è parmulâ, quæ, loco circuli Bertiniani, hìc centrum ſcuti occupat, æqualiter educta diſtinguatur; prout Brugis non

non uno loco publico, itemq; in veteri Flandriæ Chronico videre licet.

Neque aliter, quàm in octo ſimiles areolas, diſpertitum eſt ſcutum, quod in libro, *Le Roy d'armes*, Pariſiis edito, exhibetur, expoſitum: *gironné*. à P. Marc. Gilber. de Varennes. Fol. 420.

Pictores hæc ſigmenta alternis, aureo & cæruleo, coloribus diſcriminârunt: ex eo fortè, quòd vetus illud Flandriæ Chronicon fingat, Liderici Saltuarii filios, veſtibus, ex auro & cinere, bicoloribus, indutos fuiſſe.


Gallici quidam authores, ſcutū hoc deſcribentes: *gironné*, inquiunt, *de dix pieces, d'or & d'azur*. Eodem modo Marchantius: *Scutum in quina aurea, totidemque cærulea ſegmenta diſtinctum*. Et hac ratione delineatur à Cornelio Martini, in effigiebus Comitū Flandriæ, Antuerpiæ, per Vrientium, excuſis. DuCheſne Guin. f. 12. S. Marth. l. 6. f. 305. l. 2. f. 175. fol. 6.

Aliter Meyerus: *Scutum*, inquit, *in terna aurea, totidemque cærulea ſegmenta, ſive areolas, depictum*. Sexies igitur diviſum; qualiter id, & Inſulis in S. Petri, & Eenhami, & Cortraci depictum vidi. In annal. ad an. 808.

Alibi tamen, & præſertim Gandavi, in S. Petri, aliiſque locis, ejuſmodi gyros, ſive areolas, ſeptem numeravi.

Quæ ſcuti unius variatio, magis magiſque mihi perſuadet, hujuſmodi inſignium, nullum unquàm, apud Flandriæ Comites, uſum fuiſſe. Quod enim in S. Petri Inſulis, aut alibi, ſepulchris Comitum, inſignia illa cernantur appicta, factum id recentiùs, multiſque, poſt eorum deceſſum, annis. Neque adducor ut credam, ullibi hæc, ſaxo veteri, aut ſigillo Comitis Flandriæ, inſcripta, demonſtrari poſſe.

Hæc, ut lector attentiùs expendat, judicetque: operæ-pretium putavi, quamquàm citra meum propoſitum, fictitium illud Flandriæ ſcutum, prout, in illo Chronico, veteribus Comitibus eſt appictum, hîc exhibere,




Vnaq; repręſentare ipſius Monaſterij Bertiniani inſignia, cum

Epita-

Epitaphio NORMANNI; prout R. D. Guillielmus de Whitte, S. Bertini adminiſtrator & Chartophylax, vir, uti antiquitatis perſtudioſus, ita quoque in ſacris & profanis, ad unguem, inſtructus, & hoc, & illa mihi tranſmiſit: utraque à politiſſimi ingenii viro, D. Iacobo-Philippo de Hannon, Bavinchovio, Cœnobii Priore, accuratè delineata.





Iperii

Iperii verba, in Chronico ſuo Belgico, ita recitat Locrius: *Hic* Fol. 99.
(Lidericus Harlebecanus) *arma detulit auri & lazuri diſtincta pyramidibus, in voulconis centro ſcuto rubeo vinctis.* Hoc ita corrige, ex M S. Iperij, quod mihi ſuggeſſit eruditiſſimus D. Antonius Sanderus, Canonicus Iprenſis, à quo totius Flandriæ topographiam propediè̀m expectamus: *Arma detulit auri & azuri diſtincta pyramidibus, umbonis centro ſcuto rubeo junctis.* Pergit ibid. apud Locrium Iperius: *Ipſe eſt ſtipes & radix, à quo Flandriæ Comites proceſſerunt; qui omnes hæc armorum inſignia detulerunt, uſque ad* PHILIPPVM, *qui aurum cum nigro Leone conquiſivit.* Conquiſiviſſe autem hoc modo, in genealogia Flandrica, tradit Heuterus: PHILIPPVS &c. Fol. 97.
Bis eſt profectus in Syriam, propriaque manu occidit Nobilionem, Albaniæ Regem Mahumetiſtam, qui in luteo ſcuto nigrum Leonem, unguibus in proximos inſurgentem, præferebat, quibus exinde eſt uſus, obliteratis veteribus foreſteriorũ inſignibus, ac ad ſucceſſores Flandriæ Comites tranſmiſit.

Id nequaquàm verum eſſe poſſe, liquet ex eo: quod ROBERTVS FRISO, qui hunc PHILIPPVM ſeptuaginta, eoque ampliùs, annis præceſſit; imò & ipſe PHILIPPVS, ſedecim annis ante, quàm primâ vice in Syriam proficiſceretur, Leonem, in ſcuto prætulerint; ut ſuis locis patet. Sunt tamen, apud me, ſedecim numiſmata, nuper ab aurifabro quodam redempta, quæ ruſticus ei venalia detulerat. Horum alia, impreſſam habent figuram athletæ, ſcuto gyronato armati, hoc modo:



Alia Leone armati, hac ratione:



Vtrinſque formæ numiſmatibus, ab adverſa parte, unus idemque Crucis character eſt impreſſus. Qui, an profectionis Hieroſolymitanæ ſymbolum, & an ipſum numiſma Comitis alicujus, atque etjam utrumque unius tantùm fuerit, quia nullæ adſunt litteræ, nec certi quid exploratum habeo, in medio relinquo; Tu lector, arbitrare. Numiſmata tam ſunt exilia, ut omnia, quæ habeo ſedecim, ſextam vix unciæ partem exæquent. Nihil non egi ut ubi, quando, & quâ ratione hi nummi reperti ſint, cognoſcerem. Verùm quia aurifaber, nunquàm deinde, ruſticum illum vidit, nihildum certi ſum aſſecutus.

B 2 THEO-

THEODORICVS, filius THEODORICI ELSATII, Lotharingiæ Moſellanæ Ducis, & GERTRVDIS, filiæ ROBERTI FRISONIS, COMES FLANDRIÆ XV. Anno 1128.

SVbducto è vivis NORMANNO; primates Flandriæ, THEODORICVM, quem, ad id, in Flandriam evocârant, confeſtim Comitem renunciârunt. Quia verò continua Flandriæ bella imminebant à BALDVINO III. Hannoniæ Comite, vero Flandriæ hærede, jure ſanguinis, niſi pactum avi, cum FRISONE, obſtitiſſet; ita cum eo THEODORICVS convênit: ut Hannonienſis filius BALDVINVS, adhuc adoleſcens, MARGARETAM filiam ſuam, nondum nubilem, ubi ad pubertatis annum ambo perveniſſent, duceret uxorem, & quæ quiſque poſſidebat, interim retineret.

Diplomatibus ſuis, THEODORICVS, hoc ſigillum appendit.



Has verò exordij formulas præſcripſit:

Brug. in S. Donat. Anno 1128: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrenſium Comes.*

Ibidem. An. 1129: eodem modo.

Brug. Ab. Eeckhout. An. 1130: *Ego THEODORICVS Dei gratia Dux & Comes Flandrenſium.*

In Abb. Loenſ. Eod: *Ego THEODORICVS Dei gratia Comes Flandriæ, cum uxore mea SVANEHILDA.*

In S. Bert. Anno 1133: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrenſium Comes.*

An. 1135: *THEODORICVS divina miſeratione, Flandrenſis Comes.* In Prior. Fivia.

An. 1138: *Ego THEODORICVS Dei gratia Comes Flandriæ, una cum uxore mea Sibylla filia FVLCONIS Regis Hieroſolymitani.* In Abb. Trun. in. Hoc anno primum iter fecit in Syriam: inde reverſus anno ſequente.

An. 1139: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrenſis Comes.* Ibidem.

An. 1142: *THEODORICVS ELSATIVS divina diſpenſante providentia Flandrenſis Comes.* In Abb. Ninoven.

An. 1143: *Ego THEODORICVS divina largitate Comes Flandrenſium.* Truncin.

An. 1147: *THEODORICVS Dei gratia Comes Flandrarum.* In S. Bert. Hoc anno accidit ſecunda ejus in Syriam profectio.

Anno 1150, è Syria, Brugas reverſus, cum S. CHRISTI SANGVINIS portione, ita ſcripſit: *THEODORICVS Dei gratia Flandriæ Comes.* Teruan.

An. 1151: *Ego THEODORICVS divina miſeratione Flandrenſis Comes.* Idibem.

Eodem anno: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrenſis Comes & Marchio.* In S Bert.

Item: *Ego THEODORICVS Dei patientia Flandrorum Comes.* Arch urb. Audom.


An. 1152: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandriæ Comes & Sibylla Comitiſſa &c.* Abb de Los.

Anno 1153: *Ego THEODORICVS Dei gratia Comes Flandrenſium.* In S. Bert. Gand. in S. Petr.

An. 1156: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandr. Comes.*

Annis 1157. 1158. 1159. tertiâ vice fuit in Syriâ; unde redux, anno 1159, novum ſibi aſſumpſit ſigillum: cui primus ipſe, tum primùm, oppoſuit minus, quod contra-ſigillum vocant.





 In

In fundo ſigilli primarii frondet palma, peregrinationis Hieroſolymitanæ, atque inde reditus, argumentum; in ſecundario caput lauro redimitum, victoriæ in Syria reportatæ, eſt monumentum.

PHILIPPVS ELSATIVS, THEODORICI filius, COMES FLANDRIÆ XVI. Anno 1157, *cum patre.*

THEODORICVS tertiò, ad bellum ſacrum, Hieroſolymam profecturus, anno 1157 filium ſuum PHILIPPVM, in conſortem Imperii Flandrici, cooptavit, qui, abſente patre, ſigillum etiam habuit, ſed ſimplex; quod cum præcedente THEODORICI ſigillo, vidi appenſum diplomati anni 1159; hac inſcriptione: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrenſium Comes.* Addito circa finem: *Signum PHILIPPI Comitis.*

Audom. in S. Bert.



Quamquam hóc ſigillo, poſterioribus quoque annis diplomata ſua conſignarit, ac nominatim pacem initam cum Florentio Comite Hollandiæ, anno 1167 hoc exordio: *PHILIPPVS Comes Flandrie. F. Comes Hollandie;*

Brugis in S. Donat.

Reperio tamen eum, jam ab anno 1161, ad exemplum patris, ſigillum novum, cum altero ei oppoſito, aſſumpſiſſe, Leone in ſcuto, galeâ, & vexillo ſe oſtentante. Quîcum patris ſui, & ſua diplomata conſignavit: adeo ut utriuſque ſigilla, cum ſuis adverſariis, tum THEODORICI, tum PHILIPPI diplomatibus, multis locis appenſa cernantur.

Audom. In S. Bert.

Vidi, inter alia, unum anni 1161; initio tali: *THEODORICVS Dei gratia Flandrenſis Comes.* Et fine: *Hoc tam meo, quam PHILIP-*

PHILIPPI filij mei ſigillo imprimi feci.

Simile eſt, ac ſimiliter munitum, diploma anni 1163. Ibidem.

Eſt verò ſigillum PHILIPPI, cum ſigillo adverſo, Leonem repræſentans, hac figurâ.





PHILIPPVS, anno 1164, hoc ſigillo confirmat diploma D. Hermanni Abbatis Aldenburgenſis, quod ita definit: *Actum eſt Brugis, anno Dominicæ Incarnationis* 1164. *In præſentia PHILIPPI Comitis Flandriæ, conſilio, auxilio, & ipſius aſſenſu.* In Abb. Aldenb.

Cùm autem anno demum 1177, in Syriam ſit profectus: mera eſt fabula, inde primùm, ab eo, Leonem fuiſſe reportatum; qua de re plura in NORMANNO.

Porrò Viromandiæ Comes fuit, ductâ, in uxorem, ELIZA-

BETHA, majore natu filiâ, & hærede Heriberti Comitis Viromanduorum.

Anno 1163, ſubſcribit PHILIPPVS diplomati patris ſui hoc modo: *Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrie Comes* &c. *Huic rei, que facta eſt Inſule anno Dominice Incarnationis* 1163, *hy teſtes interfuerunt. Ego THEODORICVS Dei gratia Flandrie Comes. S. PHILIPPI IVNIORIS Comitis &c.*

Gand. in S. Petri.

Contrà pater ſubſcribit diplomati filii ſui, ejuſdem anni, hac ratione: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Comes Flandrie, patre noſtro Comite THEODORICO preſente & confirmante. &c. ſigilli noſtri impreſſione roboravimus.* &c. infra: *THEODORICVS Comes & filius ejus PHILIPPVS Comes. Actum Gandaui anno Dominice Incarnationis* 1163, *Comitatus THEODORICI XXXIV.*

In Abb. Afflegem.

In hunc annum incidit quarta THEODORICI profectio Hieroſolymitana: reditus verò in annum ſequentem.

In S. Petri Gand. Anno 1164, diploma eſt PHILIPPI hoc titulo: *Ego PHILIPPVS Flandrie Comes, qui gladium Dei porto, pro Eccleſia ejus ſtare & jura ejus tueri debeo &c.*

S.VVinoc. Anni 1165: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Comes Flandrie.*

Ninove. Item: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Flandrorum Comes.*

In Abb. Truncin. Anni 1166: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Viromandenſium Comes atque Flandrie.*

Ibidem. Anni ejuſdem: *Ego THEODORICVS Dei gratia Comes Flandrie.* In fine: *S. THEODORICI Comitis. S. PHILIPPI filij ejus.*

In Abb. Ninoven. Anni 1167: *PHILIPPVS Dei ordinante clementia Flandrie & Viromandie Comes.*

In Abb. S. Bavonis Gand. Hujus etjam anni: *Ego PHILIPPVS Flandrarum Comes THEODORICI & Sibylle filius.* Sub finem: *hanc etjam donationē PHILIPPI filij mei, quia aſſenſu meo & in preſentia mea facta eſt, Ego THEODORICVS Flandrorum Comes ſigilli mei impreſſione confirmo.*

Diem extremum obiit THEODORICVS anno ſequenti.

PHILIPPVS, THEODORICI ELSATII filius, COMES FLANDRIÆ ſolus. Anno 1168.

DEderat THEODORICVS, LAVRENTIÆ ſive LAVRETÆ filiæ ſuæ ex SVANEHILDE, nubenti Ivano Aloſtenſi, dotis loco, Waſiam & Truncinium; quæ, decedente abſque liberis THEODORICO, Ivani & LAVRETÆ filio, rurſus obtinuit PHILIPPVS, unà cum Alosto: quòd Ivanus, tabulis ante-nuptialibus, LAVRETÆ, ejuſque hæredibus, id ita ſtipulatus eſſet.

Diplomatibus ſuis, defuncto parente, ut plurimùm præſcripſit formulas

formulas, quas ante recitavimus, videlicet anni 1169: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Flandrie & Viromandie Comes.* Ariæ, in S. Petri.

Sic & anni 1170. G in S Ba.

Anni 1171: *Ego PHILIPPVS Dei gratia Flandriarum Comes.* Ab de Los.

Anni 1172, ut ſupra anni 1169. Ariæ S. P.

Anni 1173: *Ego PHILIPPVS Flandrie & Viromandie Comes.* Aldenb.

Eodem modo anni 1174. Afflegem.

Et anni 1175. S. Nic. Fur.

Anni 1176: *Ego PHILIPPVS, per Dei miſericordiam, Comes Flandrenſis & Viromandenſis.* In Abb. Marchian.

Anni 1177: *Ego PHILIPPVS Flandrenſium & Viromandenſium Comes.* In Eccl. Lenten.

Hoc anno PHILIPPVS primâ vice Hieroſolymam eſt profectus, non militandi, ſed vota quædam exſolvendi cauſâ. Vnde reverſus, anno ſequente, novum ſibi fieri ſigillum curavit, cum ſigillo adverſo, palmâ ſimiliter, è ſigilli potioris fundo exſurgente, exemplo patris; quo munitum vidi ejus diploma anni 1179, ita inſcriptum: *Ego PHILIPPVS Flandrie & Viromandie Comes.* Truncin.





Ad ſequentia diplomata quandoque hoc ſigillum adhibuit, quandoque etjam illud quod præcedit: quibus eandem, cum ſu-

perioribus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

perioribus, exordii periodum inſcripſit.

Aldenb in S. Petri. Anni 1180: *PHILIPPVS, favente Deo, tam Flandrie, quam Viromandie Comes.*

In arch. Teruan. Anni ejuſdem: *Ego PHILIPPVS Flandrie & Viromandie Comes.* &c. *teſtibus hijs: Domina ELISABETHA Comitiſſa: &c.*

Hac, anno 1182, improle defunctâ, cùm Rex Francorum LVDOVICVS Comitatum illum diceret ad ſe devolutum eſſe, defectu ſtirpis virilis; poſt varias altercationes, tandem hoc pacto cũ eo conventum, ut PHILIPPVS Viromandiâ ad vitam tantùm, potiretur; quo factum, ut deinceps etjam, tum in ſigillis, tum in pleriſque ſuis diplomatibus, ut antea, Comitem ſe Viromandiæ nuncupârit. Atq; anno quidem 1183, ita ſcripſit: *PHILIPPVS, Dei gratia, Flandrenſium & Viromandie Comes.*

Gand. in S. Petri. Anno 1184: *PHILIPPVS Dei gratia Flandrie & Viromandie Comes.*

Br. S. Baſil. Anno 1187: *Ego PHILIPPVS, Dei gratia, Flandrie Comes.*

In Abb S. And. Brug. Anno 1188: *Ego PHILIPPVS Flandrenſium & Viromanduorum Comes.*

Inſul. in S. Petri. Anno incerto: *PHILIPPVS, Dei patientia, Flandrenſium & Viromannorum Comes*

Audom. in S. Bert. Anno 1190: *Ego PHILIPPVS, Dei gratia, Flandrie & Viromandie Comes.* In fine: *Actum &c. MATHILDE Regina uxore mea conſentiente & manum apponente.*

Hoc anno PHILIPPVS iter in Syriam reſumpſit; ubi, dum anno 1171 Ptolemaidem, quam vocant Acram, obſidet, peſtilentiâ correptus, exſtinctus eſt; Sorore ſuâ MARGARETA priùs, quàm abiret, hærede ſcriptâ totius Flandriæ, Atrebateſio ſeu Arteſiâ exceptâ, unà cum ſupremo jure clientelæ, quo Bolonienſis, S. Pauli, & Ghiſnarum Comitatus, Flandriæ Comitibus adſtringebantur. Hæc enim omnia PHILIPPVS, jam ab anno 1177, Fratribus ſuis ante, quàm primò in Syriam proficiſceretur, vitâ defunctis, in dotem aſſignaverat ELISABETHÆ, ſuæ, ex MARGARETA Sorore, nepti: PHILIPPO LVDOVICI Francorum Regis, filio (quem de luſtrali fonte ſuſceperat) nubenti.

MARGARETA ELSATIA, filia THEODORICI, Soror PHILIPPI, COMES FLANDRIÆ XVII. Anno 1191. Nupta BALDVINO, Comiti Hannonia, & Marchioni Namurcenſi.

CONnubio BALDVINI & MARGARETÆ (quæ prima ſui ſexus fuit Flandriæ Comes) Flandria ad verum rediit hæredem; idque ex pacto, inter THEODORICVM Flandriæ, & BALDVINVM Hannoniæ, Comites, ante has nuptias, inito, de quo ſupra. Ab his ad poſteros, citra ullam controverſiam, Flan-

Flandria eſt tranſmiſſa, Atrebateſio tantùm excepto.
Eorum hæc ſunt ſigilla:









Atq́ue hæ diplomatum inſcriptiones:

Anno 1192: *BALDVINVS Comes Flandrie & Hannonie, & Marchio Namuci primus.* Namur in S. Albini.

Anno eodem: *Ego BALDVINVS Comes Flandrie & Hannonie, & Marchio Namuci, & uxor mea MARGARETA &c.* Gand in S Bavon.

Sic

In S. Bett. Sic & anno 1193.

Hannoniam habebat BALDVINVS, jure ſucceſſionis, ut abnepos BALDVINI MONTENSIS: Namurcum verò, tum ratione matris ſuæ Aleidis, filiæ Godefridi, Comitis Namurcenſis, Henrici cœci ſororis; tum etjam dono HENRICI VI. Imperatoris, qui Comitatum illum, quòd Henricus cœcus, ſine virili hærede, obiiſſet, ad ſe revolutum contendens, eundem tradiderat BALDVINO, Marchionatus titulo condecoratum: Theobaldo de Bar, Ermenſindis, filiæ Henrici cœci, ſecundo marito, fruſtra ſe opponente.

Diem ſuum obiit MARGARETA anno 1194; quo duo ejus reperi diplomata; Alterum eſt hoc modo: *Ego MARGARETA Flandr. & Hannoniæ Comitiſſa, & Namuci Marchioniſſa; Notum facio &c. Quod ex conſenſu mariti mei BALDVINI, Comitis Flandriæ & Hainoie, & Marchionis Namuci, & dilecti filii mei BALDVINI primogeniti, conceſſi &c. Vt igitur hæc donatio mea ad poſteros tranſeat &c. ſigillo meo & ſigillis prædictorum mariti & filij mei confirmata eſt &c.* (In Abb S. And. Brug.)

Alterum verò: *Ego MARGARETA Comitiſſa Flandriæ & Hannonie, & Marchioniſſa Namuci. &c. Vt autem conceſſio mea &c. paginam ipſam ſigillo meo & ſigillis Domini mei Comitis BALDVINI & cariſſimi filii mei BALDVINI communivi.* (Brug. in S. Donat.)

Quamvis, obeunte MARGARETA, Comitatus Flandriæ devolutus eſſet ad filium ejus BALDVINVM; pater tamen in ſuo, ejuſdem anni, diplomate, titulum hunc ſibi, eâ defunctâ, adſcribere perrexit; ita enim diploma: *Ego BALDVINVS Flandriæ & Hainoie Comes & Marchio Namuci. Notum fieri volo &c. quod Eccleſiæ S Crucis, quæ ſita eſt inter Malam & Brugis, quia ibi pauſavit corpus venerabilis MARGARETÆ uxoris meæ, dedi & per conſenſū BALDVINI filij mei &c.* In fine tamen ita ſubjungit: *Vt hoc ratum & inconvulſum permaneat: Ego, & BALDVINVS filius meus, ſigillis noſtris, & teſtium ſubſcriptionibus præſentem paginam communiri fecimus. Actum anno Domini M.C.XCIIII, menſe Novembri. XVI Kal. Decemb.* (Ibidem.)

Adfertur & ejus diploma anni 1195, quo uxorem brevî ſecutus, è vitâ deceſſit; hoc initio: *Notum ſit omn. &c. Quod BALDVINVS Comes Hannonienſis, Marchio primus Namurcenſis, BALDVINI Comitis & Aleidis Comitiſſe filius, uxorem habuit nobiliſſimam MARGARETAM, THEODORICI Comitis Flandriæ filiam, PHILIPPI potentiſſimi Flandriæ & Viromandiæ Comitis ſororem, &c.* (Ex arch. Ecc. Mont. apud Aub. Miræum cod. Don. cap. 98.)

Inſignia, in utroque ejus ſigillo exarata, veteris Hannoniæ ſunt; quæ, ſi FERDINANDVM excipias, cæteri Flandriæ atq; Hannoniæ Comites, deinceps omiſerunt; quin & Ioannes Avenienſis, ſolius Hannoniæ hæres declaratus, poſt mortem Matris ſuæ MARGARETÆ, ſola Flandriæ inſignia uſurpavit.

BALDVI-

BALDVINVS, poſteà IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANVS, filius BALDVINI Hannoniæ Comitis, & MARGARETÆ ELSATIÆ COMES FLANDRIÆ XVIII. Anno 1194.

VIvente adhuc utroque Parente, BALDVINVS ſigillum ſuum, ſimplex tamen, eorundem ſubinde diplomatibus appendit.



Id vidi ad ſupra-memoratum matris diploma anni 1494, eâq; demortuâ, etjam ad patris ejuſdem anni. Quod ſigillum haud dubiè mutaſſet, inſcripto ei Flandriæ Comitis titulo; quem matris obitus in eum nunc jam tranſſcripſerat, niſi pater mox etjam vivere deſiiſſet.

Quo elato, novo ſigillo diplomata munivit, ſic inſcripta:

Anni 1195: *Ego BALDVINVS Flandrie & Hannonie Comes,* In Eccl.
BALDVINI Comitis Hannonienſis & primi Marchionis Namucen- Montēn.
ſis filius.

Anno 1196: *Ego BALDVINVS Dei gratia Flandr. & Hain.* Brug. in
Comes. Ab. Dun.

Anno 1197: *BALDVINVS Comes Flandrie & Hainonie.* Aldenb.

An. 1198: *Ego BALDVINVS Flandriarum & Hainonie Comes.* Harlebec.

An. 1199: *Ego BALDVINVS Dei gracia Flandrie & Hainonie Comes.* Clarmariſ.

An. 1200: *BALDVINVS Flandrie & Hainoenſis Comes.* In Eccl. S.

Eodem anno: *BALDVINVS Flandrenſis & Hainoenſis Comes.* Io.Valeno.
Omnibus notum facio, quod Hieroſolymam profecturus &c. Signum MA- Ibidem.
RIE uxoris mee Flandrenſis & Hainoenſis Comitiſſe, &c

Voti ſe religione, BALDVINVS, hoc anno, obſtrinxerat, Hiero-

Hieroſolymam proficiſcendi; quod demum, bello Hollandico, aliiſque occupatus, exſolvit tribus annis poſt; Exſtant enim ejus adhuc diplomata;

In Abb. Ninove. Anni 1201: *BALDVINVS Flandrie & Hainonie Comes &c. Actum apud Gerarmont.*

In S. Bert. Anni ejuſdem: *BALDVINVS Dei gratia Fl. & Hain. Comes &c. Signum cariſſimi fratris & fidelis mei PHILIPPI, Comitis Namurcenſis.*

Aldenb. Anni 1202: *BALDVINVS, Dei gratia, Flandrie & Haynonie Comes.*

In S. Bert. Item: *BALDVINVS Flandr. & Hainoe Comes.*

In arch. urb. Gand. Sic & anni 1203.

Quorum annorum diplomatibus, hoc ſemper appendit ſigillũ:





A ſigillo æquè ac diplomatibus, Marchionis Namurcenſis titulus abeſt, quod eum, ex formula teſtamenti paterni, reportârit PHILIPPVS, BALDVINI frater, ut ante dictum.

Anno 1203, BALDVINVS Hieroſolymam profecturus, quò jam uxor ejus MARIA præceſſerat, Ptolemaide morte abſumpta, poſtquam Venetias applicuit, ad preces Alexis, conquerentis patrem ſuum ISACIVM, Imp. Conſtantinopolitanum, ab Alexi patruo ſuo, imperium affectante, ſceptro ſimul & luminibus privatum, in vinculis detineri: cum Venetis, aliiſque Ducibus latinis, iter in Thraciam vertit; fugatoque Tyranno, ISACIVM Imperio reſtituit; quo mox defuncto, atque ALEXI ejus filio, ab

ab altero Alexi Myrtilo, quem Cōſtantinopolitani, per ſeditionem, Imperatorem conſalutarant, occiſo, urbem, ſeptuageſimâ primâ oppugnationis die, expugnavit; atque à quindecim-viris, ad hoc electis, Imperator Conſtantinopolitanus eſt renunciatus, & anno 1204 coronatus. Ex quo litteras ſuas aureo ſigillo munivit; oppoſito ſecundario: unius cum primario magnitudinis, ut in aureis fieri conſueviſſe, obſervavi.



Sigilli potioris hæc eſt marginalis Epigraphe: Βαλδοῦινος Δεσπότης. id eſt: BALDVINVS DOMINVS. Alterius hæc latina: *BALDVINVS Dei gratia Imperator Romanie, Flandrie, Hainoie Comes,* Titulum litterarum ejus refert Cl. D. Aubertus Miræus, ex M S. Codice Sonigienſi, in epiſtola, quâ BALDVINVS Conſtantinopoleos expugnationem deſcribit; eſt autem iſte: *BALDVINVS, Dei gratia, fideliſſimus in Chriſto Imperator Conſtantinopolitanus; à Deo coronatus Romanorum moderator, & ſemper Auguſtus, Flandrie & Hannonie Comes.* Eandem ego quoque inſcriptionem vidi in codicibus manuſcriptis, ubi pro ROM. poſitum Romanorum, loco Romaniæ (ſic enim legendum) id eſt Thraciæ, in qua Conſtantinopolis, nova Roma dicta, jam inde à temporibus Imperatoris CONSTANTINI. Cod Don. cap. 99. In Abb. S. Gisleni.

E quinque diplomatibus BALDVINI, quæ Cortraci aſſervantur, vidi & examinavi tria, quorum hæc ſunt prooemia: *Sanctiſſimo Patri & Domino I. Dei gratia, ſummo Pontifici, BALDVINVS, eadem gratia, fideliſſimus in Chriſto Imperator, à Deo coronatus, Romanie moderator, & ſemper Auguſtus, Flandrie & Hainoie Comes.* In Monaſt. Groening. Alterius: *Excellentiſſimo Domino, PHILIPPO, Dei gratia, Francorum Regi, & dilectiſſimo Nepoti ſuo Ludovico, ipſius primogenito, BALDVINVS, eadem gratia, fideliſſimus in Chriſto Imperator, à Deo coronatus, Romanie moderator, & ſemper Auguſtus, Flandrie & Hainoie Comes.* Ibidem. Tertij: *BALDVINVS, Dei gratia, fideliſſimus in Chriſto Imperator* Ibidem.


perator, à Deo coronatus Rom. moderator & ſemper Auguſtus, Flandrie & Hainoie Comes. Auunculo & fideli ſuo G. Brugenſi Prepoſito ac Flandrie Cancellario. Subjicitur hiſce litteris hæc clauſula: *Datum in Palatio Blakrn. Anno M.CC. quarto, menſe Februario.*

Sed breve fuit BALDVINI Imperium; dum enim Adrianopolim obſidet, à Rege Bulgarorum captus, & per annum integrum carceri incluſus, crudeliſſimo genere mortis confectus, vivere deſiit, & imperare. Ita glorioſiſſimus Imperator, vitæ, aliquantùm feliciter actæ, ſcenam, miſerrimo tandem, ac tragico plane, mortis genere concluſit.

IOANNA, BALDVINI IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI filia, FLANDRIÆ COMES XIX. Anno 1206. Nupta FERDINANDO, filio SANCTII Regis Luſitaniæ, anno 1211.

NVntiis, de BALDVINI infortunio, allatis, IOANNA & MARGARETA ejus filiæ, miſſæ ſunt Lutetiam, ad Regem PHILIPPVM, atque Amitam earum Reginam ELISABETHAM. Iſthic IOANNA major natu, an. 1211, nupſit FERDINANDO, SANCTII Portugalliæ Regis, filio; Viduâ PHILIPPI ELSATII MACHTILDE, FERDINANDI amitâ, & BLANCA Regis nuru, Hiſpanâ, ejus cognatâ, matrimonium conciliante.

Sigillo ſuo ſecundario, FERDINANDVS, ſcutum veteribus Hannoniæ inſigniis exaratum impreſſit.





IOAN-

IOANNA verò, ſigillum ſuum minus, etjam Leone Flandrico armavit.





Diplomatibus utriuſque nomen, hunc in modum, præſcribi cœptum, anno 1212: *FERDINANDVS Flandrie & Hainonie Comes, & IOHANNA uxor ejus Flandrie & Hainonie Comitiſſa.* In arch. urb. Gand.

Anno 1213, edidit FERDINANDVS diploma, ſuo unius & ſigillo & nomine inſignitum, hoc modo: *FERDINANDVS Flandrie & Hainonie Comes.* Ibidem.

Idem fecit IOANNA, ab anno 1214, uſque ad annum 1227; quibus FERDINANDVS, prælio Bovinenſe, à LVDOVICO Francorum Rege captus, in Lupara Pariſienſi, in vinculis fuit; litteris ſuis, quas in diverſis archivis vidi, hunc in modum præfata: *Ego IOHANNA Comitiſſa Flandrie & Hainonie.*

E carcere Pariſienſi ſemel invenio ſcripſiſſe FERDINANDVM, ad Fratres minores Valencenenſes, anno 1220; quas litteras ita eſt exorſus: *Nos FERDINANDVS de Portugallia, Dei gratia Flandrie & Hainonie Comes.* Ita deinde concluſit: *In cujus rei teſtimonium ſigillum, quo nunc in remotis utimur, præſentibus eſt appenſum. Datum Pariſius in Lupara.* Quod ſigillum ut viderem, tibique, lector, unà cum his, exhiberem, profectus fui Valencenas; uerùm, illius monaſterij Cœnobitæ, id nobis inviderunt. apud Aub. Mir. in dipl. Belg. l. 1. c. 73.

FERDINANDO, menſe Ianuario, anni gallici 1226, romani verò 1227, annitente Blancâ, ejus materterâ, libertati tandem reſtituto, diplomatibus eorum, denuò utriuſque ſigillum appendi, & nomen inſcribi cœptum; ab anno redemptionis FERDINANDI, uſque ad obitum ejus, an. 1233; hoc ferè ſemper tenore: *FERDINANDVS Flandrie & Hainoie Comes, & IOANNA*

ejus uxor Flandrie & Hainoie Comitiſſa. Prout in multis id archivis obſervavi.

Aldenb. in S. Petri. Alteras tamẽ, anni 1229, litteras reperio, ſolius FERDINANDI nomine & ſigillo, obſignatas; hac ratione: *F. Flandrie & Hain. Comes* &c. *Actum Brugis anno Domini M.CC.XX nono, menſe Iulio* &c.

IOANNA vidua FERDINANDI LVSITANI. Anno 1233

DEfuncto FERDINANDO, IOANNA diplomata ſua eodem ſignavit ſubinde ſigillo, quo fuerat uſa ipſo vivente: ſubinde etjam altero novo, quod poſtmodùm, nupta THOMÆ SABAVDO, adhibere perſeveravit.



Brug in Hoſpital. S. Ioann. Litteras, ipſo, defuncti mariti, anno 1233, datas, hoc titulo inſcripſit: *I. Flandrie & Haenoye Comitiſſa omnibus* &c. *Noverint univerſi. Quod de reditu* &c. *Quem illuſtris & Cariſſimus Dominus ac maritus noſter F. pie memorie, quondam Flandrie & Haenoye Comes in teſtamento ſuo* &c. *Aſſignavit* &c.

Quam exordiendi formulam obſervavit etjam anno 1334, & 1335. Vt vidi variis in locis.

In Abb. Marquette Anno 1236, ejus adhuc viduæ, tale exſtat diploma: *I. Flandrie & Hannonia Comitiſſa. Nouerint univerſi quod bone memorie F. quondã Dominus & maritus noſter, & nos, dedimus* &c. *Preterea cum bone memorie Willelmus de Dampetra ageretur in extremis, ipſe & chariſſima ſoror noſtra M. Domina de Dampetra uxor ipſius dederunt* &c. In fine: *Dicta vero chariſſima ſoror noſtra M. Domina de Dampetra omnia ſupradicta favorabiliter approbans, in ſignum ſui liberalis aſſenſus, ſigillum ſuum*

um duxit preſentibus apponendum.

Eſt & anni 1237: *Ego IOANNA Comitiſſa Flandrie ac Hannonie.* Ab. Bellipratcn.

Habuit, ex FERDINANDO, IOANNA, unicam prolẽ MARIAM, deſponſam ROBERTO I. Comiti Atrebatenſi, ſed ante celebratas nuptias defunctam, quare, prolis cupida, hoc anno rurſus nupſit THOMÆ SABAVDO.

IOANNA nupta THOMÆ, filio Thomæ Sabaudiæ Comitis. Anno 1237.

Sigillum habuit SABAVDVS, & in eo ſcutum, utrobique, ſolius Flandriæ teſſerâ, inſignitum.



Quia verò deinceps, omnia ferè ſigilla, minus habent ſibi oppoſitum: uno ſigilli vocabulo ſignificabimus utrumque.

Diplomatibus, hoc, & ſuperiore IOANNÆ ſigillo, munitis, nomen utriuſq; præponi ſolet; hac ratione, anno nuptiarum 1237: *THOMAS Flandrie & Hainonie Comes, eiuſque uxor IOANNA Flandrie & Hainonie Comitiſſa.* Brug. in Hoſpital. S. Ioann.

Anno 1238: *THOMAS Flandrenſis & Hannonienſis Comes, & IOANNA Comitiſſa ejus uxor.* Ab. Grandipraten.

Anno 1240: *TH. Flandrie & Hain. Comes & I. ejus uxor Flandrie & Hain. Comitiſſa.* Sic & alibi. In arch. urb. Brug.

Anno eodem: *THOMAS Comes & IOANNA Comitiſſa Flandrie* Aldenb.

in S. Petri. *drie & Hainonie.*

In S. Bert. Anno 1241: *THOMAS Flandrie & Hannonie Comes, & IOANNA uxor mea.*

Brug. D. de la Torre Anno eodem: *THOMAS Flandrie & Hannonie Comes, & IOANNA uxor ejus Flandrie & Hannonie Comitiſſa.*


In Abb. de Los. Anno 1242: *THOMAS Flandrie & Hainonie Comes, & IOANNA uxor ejus Comitiſſa.*

Brug. in S. Andreæ Exſtat diploma IOANNÆ, datum anno 1241, hoc titulo: *IOANNA Flandrie & Hainoie Comitiſſa* &c. *De mandato Kariſſimi Domini & Mariti noſtri THOMÆ, Flandrie & Hannonie Comitis.* Abſente forſitan THOMA, in bello, quod, circa hæc tempora, geſtum cum Brabantis.

Apud Prædicatores Inſulis. Anno 1244, IOANNA Inſulis decumbens, morbo qui, paucis poſt diebus, eam è medio ſuſtulit, litteras dedit, hoc procemio inſcriptas: *IOANNA Flandrie & Han. Comitiſſa.* Marito, ſub idem tempus, ad bellum Namurcenſe profecto.

In arch. Flandriæ. Ibidem. SABAVDVS elatâ, ſine liberis, anno 1244, uxore IOANNA, ſigillum mutavit, retento tamen, in utriuſque ſcuto, Leone Flandrico; eoque apocham, anno 1247 MARGARETÆ, IOANNÆ ſorori, datâ, obſignavit, & hac formulâ inſcripſit: *THOMAS DE SABAVDIA Comes.* Alias item pacti, anno 1246, cum MARGARETA facti, litteras, hac: *Nous TH. DE SAVOYE, Cuens & MARG. Conteſſe de Flandres & de Haynau.*





In veteribus hiſce diplomatibus, nomina propria, non uno ubique modo, nec ad longum ſemper ſunt expreſſa; quia priſci illi tabularii (quòd, typis nondum inventis, cuncta manu eſſent ſcriben-

ſcribenda, brevitati ſtudebant.

Vnde nomina ſubinde litteris aliquot finalibus detruncarunt, ut pro Balduinus Bald. pro Robertus Rob. pro Ferdinandus, aut Fernandus Fernan. pro Margareta Marg. &c. Item pro Flandria Flandr. Flan. Fl. pro Hannonia Han. &c.

Subinde, rejectis aliquot mediis, capitalem finali connectendo, integrum nomen ſunt complexi, ut pro Philippus Phus, & Phs; pro Flandria Flia. &c.

Interdum etiam ſolâ, totius nominis, principe litterâ contenti; per B. Balduinum. per Ph. Philippum, per I. Ioannē, per F. Ferdinandum, per Th. Thomam, per M. Margaretam &c. ſignificarunt; hiſce plerumq; litteris, in argumentum abbreviati vocabuli, vel apiculo ſupernè impoſito, vel commate, per medium trajecto, notatis,

Quæ, non viſum fuit operę pretium, ubique ad unguem obſervare, tùm quia non ſolis Belgis ſcribo, qui illâ per ſe poſſent ſupplere; tùm quia typographia noſtra, ſimiles trajectiones, aut transverberationes non admittit.

Obſervandum hîc etjam, tempore S. LVDOVICI, qui ab anno 1226, ad annum uſque 1270 regnavit, Principes quoſdam regni Francici, diplomata ſua vulgari linguâ conſcribere cœpiſſe, cùm anteà, nulla iis fuerit adhibita, præter latinam. Vidi enim, ejuſdem S. LVDOVICI, latinum diploma anni 1228, qui fuit regni ſecundus, & aliud anni 1269, qui ultimus. Defūcto S. LVDOVICO, PHILIPPVS III. qui & VALESIVS & AVDAX, ejus filius, utrâque linguâ, diplomata ſua dedit. Siquidem latinum vidi annorum 1274, & 1275; gallicum anni 1273. Atq; exinde ſemper, vulgari linguâ, Regum Franciæ diplomata ſunt ſcripta.

Eſt autē lingua illa vulgaris non alia, quàm Romana corrupta; ſeu, ut ait Iul. Scaliger: *Latinæ linguæ abortus; namque è latio eſt, formâ depravatâ, infarctus aſpirationibus, diſtortis vocalium ſonis, ad difformes diphthongos* &c. Concilium Turonenſe, habitum anno 813, linguam hanc *ruſticam* vocat *romanam*, iſthoc Canone: *Vnuſquiſque Epiſcopus* &c. *homilias apertè transferre ſtudeat, in ruſticam romanam linguam, aut Theotiſcam, quò facilius poſſint cuncti intelligere quæ dicuntur. Theotiſcam* videlicet pro partibus hiſce maritimis: *Ruſticam Romanam* pro reliqua Gallia. Sic S. Mommelinus dicitur ſuffectus in locum S. Eligii Epiſcopi Tornacenſis; *Quòd vir eſſet ſanctiſſimæ vitæ, ac Romanam non minus, quàm Teutonicam calleret linguam* Quia nimirum utriuſque linguæ homines illi Epiſcopatui ſuberāt.

In præfat. Theſ. gall. apud Iac. pont. lib. 6. cap 34.

Concil. 3. can. 17.

In ejus vita.

Linguæ Teutonicæ ſive Theotiſcæ ·i· Teutſche, Duydtſche, uſus fuit totâ Gallia, priuſquàm Romani eam occupârunt: qui, ut ait D. Auguſtinus, *non ſolùm jugum, verùm etjam linguam ſuam domitis gentibus impoſuerunt*; atque ita, ut loquitur Plinius, *populorum diſcordes feraſque linguas, ſermonis commercio, contraxerunt ad*

de civ. Dei l. 19. c. 7.

lib. 3. cap. 5

apud Iſac. loc. citat. *ad colloquia.* Vnde quod de Hiſpanis Strabo: *Qui ad Bætim colunt plenè planeque converſi in Romanos ritus, adeo ut nec ſermonis ſui patrii meminerint.* Ibidem. Idem de Gallis: *Eos ultra non dicendos Barbaros, utpote mutatos in Romanum morem, & linguâ & vitâ, quoſdam & civili gubernatione.*

Linguam hanc Romanam, quod certis iiſq; variis regulis conſtet, nulli, niſi præceptis ejus inſtructi, atque adeò primates viri, obſervarunt; plebs inſtructione deſtituta planè corrupit. Fuit tamen ab initio, ut ex diplomatibus, eorumque prooemiis patet, multò, quàm nunc ſit, vicinior latinæ.

Eadem illa eſt, quâ locuti ſunt totâ Galliâ, hoc, in quo ſumus, tractu excepto; qui Theotiſcam perpetuò retinuit: quòd nunquàm, à Romanis omninò fuerit ſubactus. Incolæ Menapiorum vocabulo olim appellati; de quibus Strabo: *Menapiis contermini ad*
In notit. Gall. *mare Morini.* Vnde Ioſ. Scaliger: *Pars hodierna Hollandiæ, & Brabantiæ maritima (vel potiùs ſecundum Strabonem) ora Flandriæ maritima, ſunt veri Menapij; & Menapiſcus pagus dicitur in capitulariis* C A-
Commentar. lib. 3. Lib. 6. *R O L I M A G N I pro Flandria Comitatu.* Iulius etjam Cæſar: *Galliâ pacatâ, Morini Menapijque ſupererant, qui in armis eſſent.* Item: *Qui proximi Oceano fuerunt, ij in inſulis ſe occultaverunt, quas æſtus efficere conſuevit.* Ibidem: *Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuò paludibus ſylviſque muniti.* Ibid: *Longius proſequi veritus, quòd ſylva paludeſque intercedebant.*

Totus itaque tractus hic maritimus, à Morinis, qui Audomarenſes, uſq; ad Eburones, qui Leodienſes, Menapiorum erat. Hique ſocietatem cum Romanis habuêre, nunquàm omninò eorum jugum, ut neque linguam, admiſerunt. Ideoque ſe, à libertate, Francos appellitârunt.

Vnde & Morinis adhuc vicina pars Flandriæ, in antiquiſſimis diplomatibus, Franca, nunc etjam, vernaculâ voce, het Vrye nominatur; ut & ea, quam Zelandi ultra Scaldem, & Hollandi, &
Lib. 1. bel. Gothici. Geldri &c. incolunt; de quibus ita Procopius: *In Oceanum Rhenus elabitur, paludes præterea, his in locis, non pauca, ubi primitus Germani, gens Barbara habitabat, nec magni tum primùm momenti viri, qui Franci nunc vocantur.*

Ad annû 1071. Annal. lib. 10. f. 480. Iidem & Friſii appellati. Ptolomæo Φρίσιοι. Scafnaburg: *Friſiam,* inquit, *quæ confinis eſt Flandriæ.* Sic & Douza, *regionem,* ultrà Scaldem (nam Flandria ad Scaldem & Scaldiam uſque, nunc Schauwen/ pertingebat) ait: *Vnius Friſiæ nomine cenſam.* Et Gro-
De antiq. Bat. f. 38. tius de R O B E R T O F R I S O N E noſtro: *qui, quòd Hollandos regeret, qui Friſii dici nondum deſierant, inde Friſium cognomen accepit.*

Nomen à libertate factum, ut & Francus; nam Theotiſcâ linguâ, fri/ & vry/ & frei: utî & franc/ & vranc/ liberum ſignificat.
In Bat. cap. 3. fol. 24: Quare Adrian. Iunius: *hæc,* inquit. *gens, ut & Francica, certè conjuncta, ſi non eadem, eandem propè gloriæ hæreditatem cernere, ambitu quodam, & peculiari tenendæ libertatis ſtudio, videtur pari ardore operata,*

quæ

quæ nominis occaſio utrique fuit.

Atque hi fuerunt illi Franci, qui, duce Faramundo, primò Druſiburgum, nunc Duiſburg; deinde, Clodione rege, Tornacum & Cameracum invaſerunt: quique, temporis ac fortunæ ſucceſſu, Ambianum, & Pariſios occupârunt, ac demum totâ Galliâ Romanos expulerunt.

Hos quidem, in principio, non aliâ linguâ, quàm Theotiſcâ uſos fuiſſe, vel ex ipſo Faramondi, quod eſt Waarmond/ aut Fraimond/ aliiſque primorum Franciæ Regum nominibus apparet.

Quia tamen Romanorum interdum ſocietatem admittebant, varioſq; cum iis contractus inibant, linguæ Romanæ ſenſim ſunt aſſuefacti, eâque Reges ac regni Primores ad pręcepta regulaſq; ſunt locuti, barbarâ ſubinde interjectâ voce; vulgo autem non niſi corruptum, aut ruſticum illud Romanum idioma uſurpante.

Quam Francicæ gentis & linguæ originem, plerique ſcriptores Gallici prudentiores agnoſcunt, ut aliàs latiùs oſtendam: unico nunc Ludovici Turqueti teſtimonio contentus, quod in ſuâ Francorum Hiſtoriâ recitat Iacobus de Charron, ejuſdem cum illo & mecum opinionis: *Les François*, inquit, *ſe trouuans, auec les Sicambriens, es pays de Cleves, Iulliers, Gueldres, Hollande, Zelande & autres circonvoiſins, eſquels ils auoint eſté contraints de ſ'eſcarter, pour eviter la violence des Romains, ils ſ'en ſont finalement reünis ſoubs une meſme Couronne, & erigé vn Royaume en Gaule.* En l'Hiſt. d'Eſpaign. Fol. 612.

MARGARETA filia BALDVINI IMP. Conſtantinopolitani, ſoror IOANNÆ, Vidua GVILIELMI BORBONII, Domini de Dampetra, COMES FLANDRIÆ XX. An. 1244.

MARGARETA, ſorore IOANNA, inter vivos adhuc agente, nupta GVILIELMO de Dampetra: ſigillum diplomatibus mariti ſui, ſuiſque muniendis appoſuit, ſymbolo Flandriæ inſignitum.






Litteris

Litteris eorum hujuſmodi procemium dari ſolitum; An. 1225:
In arch. urb. Orchi *WILHELMVS Dominus de Dampetra, & MARGARÉTA, Vxor mea, ſoror nobiliſſime IOANNÆ Comitiſſe Flandriæ & Hannonie.*
In arch. Flandriæ. Ejuſd. anni; gallicè: *WILHELME Sire de dampiere, & MARGRIETE ſœur de IOANNE Conteſſe de Flandre & de Hainau.*
In arch. Teruan. Vidi & ſolius GVILIELMI, hoc exordio diploma: *Ego WILHELMVS Dominus de Domnipetra.*

Fuit verò GVILIELMVS hic, frater Archembaldi Borbonii, filius GVIDONIS, Domini de Dampiere, ex MARGARETA, Dominâ de Bourbon; obtigitque, Archembaldo quidem majori natu, maternum Dominium Bourbon; paternum verò Dampetræ, in campaniâ ſitum, GVILIELMO.

Eo defuncto, circa annum 1232, MARGARETA ſigillum ſuum non mutavit; at ejus diplomata quæ vidi annorũ 1234, 1236,
Flinis. & 1242; hoc omnia ſunt exordio: *Ego MARGARETA Domina de Dampetra.* Qui etjam fuit titulus filii ejus GVILIELMI.
Ibidem. Vidi quoque diploma ejus gallicum, anni 1244, hoc procemii tenore: *Ie MARGRIETE, Dame de Dompiere,*

IOANNA vivis ereptâ, MARGARETA, jam in Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam evecta, aliud, aliâ formâ, ſigillum litteris ſuis adhibere cœpit: eoque uno, ad mortem uſque, ſemper uti perſeveravit.





Diplomatibus, primo Comitatus ſui biennio, editis, hoc uno titulo præluſit: *MARGARETA Flandrie & Haynonie Comitiſſa.* Quæ paſſim exſtant annorum 1245, & 1246. Vſque dum, anno 1247, filio majore GVILIELMO ſibi adjuncto, unà cum eodem & Flandriam regere, & litteras ſuas edere incepit.

GVILIEL-

GVILIELMVS, filius GVILIELMI Domini de Dampetra, & MARGARETÆ CONSTANTINOPOLITANÆ, COMES FLANDRIÆ XXI. Cum Matre. Anno 1247.

ANte GVILIELMVM, habuerat MARGARETA conjugem BOCHARDVM AVENIENSEM: fratrem natu minorem Gualteri, filium Iacobi, Domini Avenienſis, conſanguineum ſuum, cujus fidei & curæ fuerat commiſſa. Quod matrimonium, quia is ſacris initiatus, & Laudunenſis Eccleſiæ (ut vocant) Subdiaconus erat, poſtmodùm Romæ diremptum fuit. Ex hoc ſuſceperat, IOANNEM & BALDVINVM, AVENIENSES: Ex illo, GVILIELMVM, GVIDONEM, & IOANNEM, DAMPETRÆOS. Inter hos, vivente adhuc MARGARETA, exorta eſt contentio, de ejus ſucceſſione in Flandriæ & Hannoniæ Comitatus. Eâ controverſiâ, ad S. LVDOVICI Regis Franciæ, & Epiſcopi Tuſculanenſis, Apoſtolici Legati, arbitrium, per compromiſſionem, delatâ: anno 1247, DAMPETRÆIS Flandria, AVENIENSIBVS Hannonia fuit adjudicata. Iuſſitque Rex, ita volente MARGARETA, ut jam tum GVILIELMVS, è DAMPETRÆIS natu maximus, à Flandris pro Comite agnoſceretur.

Habebat GVILIELMVS, jam inde ab anno 1234, Matre nondum Comite, ſigillum ſimplex, Flandriæ ſymbolo armatum.



Appendet hoc ſigillum tabulis pactionis, initæ eodem anno 1234, inter BOCHARDVM, ejuſque filios AVENIENSES: & MARGARETAM, ejuſque filios DAMPETRÆOS.

Poſtmodùm GVILIELMVS, Arbitrorum calculo, declaratus Flandriæ hæres, ac deinde, Regis LVDOVICI reſcripto, ejuſdem Flandriæ Comes, aliud ſigillum diplomatibus ſuis apponere

cœpit, ſcuto primarii quidem Flandricâ, ſecundarii verò Dampetræâ, teſſeris exarato.





In diplomatum titulis *Hæredis Flandriæ* primùm: ac deinde etjam *Comitis* appellationem ſibi vendicavit. Siquidem anno 1247,
In Abb. Boudelo. ita cum matre: *Nos MARGARETA, Flandrie & Hain. Comitiſſa, & GVILIELMVS filius noſter, Dominus de Dampetra, Flandrie heres.*

Ibidem. Eodem anno ſic MARGARETA: *MARGARETA Flandrie & Hainonie Comitiſſa* &c. *de conſenſu & voluntate WILHELMI filij noſtri, heredis Flandrie, ac Domini de Dampetra.*

Flinis. Anno 1248, uterque: *MARGARETA Flandrie & Hainonie Comitiſſa* &c. *Nos etiam WILHELMVS heres Flandrie, & Dominus de Dampetra, predicta omnia volumus & approbamus.*

Exſtant & ejuſdem anni diplomata, quibus GVILIELMVS quaſdam matris ſuæ confirmationes, ante factas, approbat: quæ
Ibidem. ſolus, ipſe & ſigillavit, & inſcripſit hoc modo; latine: *WILHELMVS Flandrie Comes, & Dominus de Dampetra.*

Ibidem. Gallicè verò eodem anno: *Ie WILHAVME Cuens de Flandre, & Sires de Dampiere.*

MARGARETA omnium Comitum prima, è diplomatibus ſuis quædam, exemplo ſui mariti, edidit vulgari gallorum linguâ, quam primùm imitatus eſt filius ejus, Comes GVILIELMVS cùm præcedentes omnes, huc uſque, ſolo idiomate latino ſint uſi: nec enim ante-hàc aliud vidi, aliâ, quàm latinâ, linguâ conſcriptum: ſiquidem illud PHILIPPI ELSATII, datum anno 1187; & IOANNÆ datum anno 1218, quod, ex archivis Wevelgheme-

velghemenſibus, affert *Du Cheſne*, à flandrica in gallicam traductum, ibidem ante, ex autographo latino, flandrica ſunt facta: Quod & de aliis, ſi quæ hiſce temporibus antiquiora, alio, quàm latino, ſermone ſcripta reperiantur, eſt judicandum. Guines preu. fol. 108. 477.

Anno 1251, WILHELMVS ex Ægypto redux, ubi Damiatenſi urbe expugnatâ, ſuperatoque duobus præliis, & capto MELEDINO, Ægypti Sultano: à Malexala, Meledini filio, unà cum S. LVDOVICO aliiſque Principibus, victus & carceri fuerat mancipatus, ita denuò, cum matre, diplomatibus inſcripſit: *Nos MARGARETA Flandriæ & Hain. Comitiſſa, & nos GVILIELMVS, filius ejus, Comes Flandriæ.* Garid. Ab. Boudelo.

Dampetra nunc hîc omittitur: quòd ea jam ante tradita eſſet minimo fratrum IOANNI.

Primus hic, è Comitibus, equum ſtragulâ cooperuit, inſignibus ſuis eidem intextis; quod cæteri deinceps ſunt imitati.

Interiit autem GVILIELMVS, eodem anno 1251; Traziniis Hannoniæ, in equeſtri decurſu, ex equo delapſus, nullam à ſe progeniem relinquens.

GVIDO, filius GVILIELMI, Domini de Dampetra, & MARGARETÆ CONSTANTINOPOLITANÆ, frater GVILIELMI, FLANDRIÆ COMES XXII. Cum matre. Anno 1251.

HAbuit etjam GVIDO, ab anno 1234, ſigillum, ſymbolis Dampetræis impreſſum; laciniâ (minoris ætatis indice) ſcutum deſuper quinies diſtinguente.



Appendet hoc ſigillum inſtrumento partitionis factæ inter BOCHARDVM & MARGARETAM anno 1234; de quo ante.

Matre verò jam ad Comitatum ſublimatâ, repudiato, cum inſignibus Dampetræis, priore ſigillo, novum ſibi aſſumpſit, etjam ſimplex, equeſtri figurâ, Flandriæ ſymbolo armatâ, impreſſum: lamellâ, poſterioris nativitatis notâ, ſcutum, aliter ac ſuperiùs, frangen-

frangente.



Obſignatæ ſunt hoc ſigillo litteræ matris MARGARETÆ, conventa, inter ipſam ejuſque liberos utriuſque thori, complexę; quarum hoc eſt caput: *MARGARETA Flandrie & Hainonie Comitiſſa, ejuſque liberi IOANNES, BALDVINVS, & GVILIELMVS, GVIDO; & IOANNES &c. Datum Cortraci anno Domini* 1245, *menſe Martio.*

In arch. Flandriæ.

Poſtquam Robertus, Advocatus Atrebatenſis, Bethuniæ ac Teneramundæ Dominus (cujus unicam filiam & hæredem MACHTILDEM GVIDO duxerat) an. 1248, è vita diſceſſiſſet; GVIDO paternos titulos, novo ſigillo ſibi ad id confecto, circumſcripſit, ſcuto etjam tum (quòd GVILIELMVS frater adhuc ſupereſſet) in obliquum fracto.





Eoſdem

Eoſdem quoque titulos GVIDO diplomatibus ſuis exinde præſcripſit, hoc ordine, anno 1248: *GVIDO illuſtris Domine MARGARETE Flandr. & Hainon. Comitiſſe filius; Atrebatenſis Advocatus, Betunie & Teneremunde Dominus.* Affertur & hoc exordium: *GVIDO Atrebatenſis Advocatus, Betunie, & Teneremunde Dominus, & MACHTILDIS uxor ejus & heres terre predicte.* In S. Bert. Ex arch. ec Teneram. a Lindano lib. 1. c. 6.

Itemque alterum: *Nos GVIDO Comes Flandriæ Betuniæ & Teneræmundæ Dominus*; utrobique erratum in anno, dum hîc 1261, ibi 1253, exaratur: extra hos enim tres annos 1249, 1250, & 1251, GVIDO hoſce titulos nec habuit, nec ſcripſit: ut è ſequentibus apparet. Ab eod. lib. 3. c. 2.

ADVOCATVS ATREBATENSIS dicitur, quia Betuniæ Dominus; erat enim Dominus Betuniæ, protector Eccleſiæ & Cœnobij S. VEDASTI Atrebatenſis; dictuſque ADVOCATVS, quod *Advocatus*, ſive appellatus in auxilium, mox adeſſet: Vnde & urbium præcipuus, olim etjam ADVOCATVS dicebatur; Gallis: *Advoé*; Flandris: Vooght.

GVILIELMO fratri, anno 1251 defuncto, ſuccedens in Comitatum Flandriæ GVIDO, novo ſigillo Leonem Flandriæ integrum, & nullo ſequioris nativitatis argumento violatũ, impreſſit; omiſſo etiam *Atrebatenſis Advocati, Betuniæ, ac Teneramundæ Domini*, titulo: quod videlicet MACHTILDIS ejus uxor, eodem, quo GVILIELMVS, anno etjam obierit; hiſce Dominijs, unà cum titulis, ad ROBERTVM, GVIDONIS & MACHTILDIS filium primigenium, devoluti[s].





Diplomatum quoque inſcriptionibus, hi tituli deinde ſunt ſubſtracti, ita enim ſcripſit, anno 1252; cum Matre: *Nos MARGARETA Flandr. & Hayn. Comitiſſa* &c. *Ego vero GVIDO Comes Flandriæ, filius antedictæ Nob. Dom.*

Lib. 1. placitorũ fol. 798.

Eodem anno: *MARGARETA Flandr. & Hayn. Comitiſſa* &c. *GVIDONE filio noſtro, Comite Flandriæ, ad hec omnia, conſenſum adhibente.*

Brug. in S. Andreæ.

Eodem aliter: *MARGARETA Flandr. & Hayn. Comitiſſa* &c. *Ego vero GVIDO Comes Flandriæ, filius antedictæ Nobilis Domine MARGARETÆ Flandr. & Haynoie Comitiſſe, factum ipſius Domine Matris, prout ſuperius eſt expreſſum, laudo & approbo, & ſigilli mei munimine confirmo.*

Gandavi in Abb. Boudelo.

Extat ejuſdem anni utriuſque diploma Flandricum, hoc initio: Wy MARGRIETE, van Vlaendren/ ende van Henegauwe Grauinede/ ende ick GVIDE haer Sone/ Grave van Vlaendren.

In arch. urb. Brug.

Quia, ſub hæc tempora, Principes, aliique primores, atque adeò etjam ipſe Galliarum Rex, poſthabito ſermone latino, in gratiam populi, linguâ vulgari, quæ & Gallica, & Francica dici cœpta eſt, publicas ſuas tabulas conſcribebant, ut vulgò intelligi poſſent; eorum, ac præſertim mariti ſui GVILIELMI BORBONII Galli exemplo, hoc quoque tempore diplomatum ſuorum quædam Gallicè primò, quædam etjam deinde Theotiſcè ſeu Flandricè, vulgare cœpit; quod videlicet utriuſque linguæ ſubditos haberet. Hanc porrò deinceps imitati ſunt primates, qui, huc uſque, ſolo idiomate latino, in diplomatibus ſuis, utebantur: ut in quamplurimis animadverti; quibus hujuſmodi initia:

Brug. in Hoſpital. S. Ioann. Anni 1220: *Ego Philippus Caſtellanus de Maldenghem.*

Ibidem. Anni 1228: *Ego Gerardus de Rodes miles.*

Ibidem. Anni 1239: *Ego Raſo Dominus de Gauera.*

Ibidem. Anni 1240: *Vniverſis preſentes literas inſpecturis R. Dominus de Gauera & de Lidekercka, Salutem.* &c.

Ibidem. Anni 1256: *Vniverſis Chriſti fidelibus preſentes literas viſuris Ioannes Dominus de Praet, & Katarina ejus exor, Salutem in Salvatore omnium* &c.

Quin & mulieres;

Ibidem. Anni 1228: *Ego Berta, uxor Domini Radulfi, militis de Rodes.*

Ibidem. Anni 1231: *Ego Sybilla de Waurino, Domina de Lileriis.*

Magiſtratus quoque, uſque huc, ſolo etjam latino ſermone utebantur, prout è variis eorum diplomatibus obſervavi: noſtratium præſertim Brugenſium, Francorumque Senatorum; quorum illi, monumenta ſua hoc ferè tenore inſcribebant;

Ibidem. Anno 1225: *Vniverſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis, Scabini & tota communitas ville Brugenſis Salutem in Domino.*

Ibidem. Sic & annis 1240, & 1241.

Ibidem. Anno 1236: *Nos Scabini & tota communitas oppidi Brugenſis, notum facimus univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis, quod nos*

nos pro communi utilitate domorum noſtrarum videlicet leproſorum; verecundorum, & hoſpitalis S. Ioannis, quarum nos Domini ſumus & ſuperiores, de communi conſilio ville & conſenſu ordinavimus & ſtatuimus &c.

Franci verò Scabini nomina Senatorum literis præmittebant, hoc modo:

Anno 1260: *Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, Wilhelmus preco de Yſendycque, Woubertus filius Hugonis dicti Brune, Theodoricus filius Storins, Egidius filius Theodorici, Simon dictus Sot, Walterus de Cadſant, Theodoricus dictus Vos, & Egidius filius Heins, Franci Scabini Off.cij Brugenſis Salutem. Noueritis* &c. Ibidem.

Anno 1265: *Vniuerſis preſentes literas inſpecturis, Walterus dictus groete miles, Wilhelmus dictus Steenvoorde miles, Simon dictus zot, Walterus de Cadzant, Lonis de Boiengheem, Hugo dictus ſchen, Hugo filius Willardi, & Wolbertus filius Geile, Franci Scabini Officij Brugenſis Salutem in Domino. Noueritis* &c. Ibidem.

Anno 1271: *Vniuerſis preſentes literas viſuris & audituris Weitinus Balfel, Iohannes Grote, Wilhelmus Corte, Oliverius de Haghe, Wilhelmus de Oſtende, Iohannes Wevel, Arnulphus F. Wilhelmi, Walterus F. Domini Akets Franci Scabini Officij Brugenſis* &c: Ibidem.

Interdum hi nomina ſua ſubjungebant, ut in hoc anni 1271: *Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, Walterus dictus Balfel, Scabinus Officij Brugenſis de Franco, & Chriſtina uxor ejus, Salutem in Domino Noveritis quod nos* &c. *Dedimus* &c. *Coram Francis Scabinis Officij Brugenſis; videlicet Domino Theodorico dicto Damphoudere milite, Theodorico dicto Vos, Remundo F. Godildis, Riquardo Diminc, Theodorico de Score, Egidio filio Theodorici, Ioanne dicto Rumare, Wilhelmo dicto Corte* &c. Ibidem.

Quæ clauſula variatur interdum hoc modo: *Factum coram Scabinis de Vrie*; ſubinde: *Coram Francis Scabinis*; aliàs frequenter: *Coram Scabinis liberis*. Vt animadverti in volumine membranaceo M S. quo donationes, coram hoc magiſtratu, factæ Noſocomio S. Ioannis recenſentur, omnes ad hæc uſque tempora latino ſermone conſcriptæ. Quo omiſſo ad exemplùm MARGARETÆ Flandricum deinceps, ſive Theotiſcum, qui patrius & vernaculus, ante Cæſaris adventum, fuit ſermo, ſemperque perſeveravit, aſſumpſerunt.

Sic inter primates Raſo de Gavere, hoc initio, edidit litteras anno 1296: Ic Raſſe here van Gauere/ doe te wete alle den ghenen die deſe letteren zelen zien ende hoꝛen leſen &c. Ibidem.

Et Magiſtratus Brugenſis, anno 1276: Te allen den ghenen die deſe letteren zullen zien ende hoꝛen lezen doen te wetene/ Wie Pieter Bouin/ Jan Hubꝛecht/ Jan Oten-zacke/ Jacob vanden Gꝛoenen-dicke/ ende Jan Bachter-halle die Jonghe/ Schepenen in Bꝛugghe/ te dien tiden/ dat deſe letteren ghemaeckt waren/ dat eam vooꝛ ons Jan Stoutkin/ oock camen met hem Gillis Dop s'heer Pieters Ibidem.

ters/ ende Alaerd Lam ſine voghede/ &c. Ende omme dat wie vorſeede Schepenen willen dat dat blive vaſt ende gheſtade/ ſoo hebben wie ter kenniſſen van deſer dinc/ deſe letteren uuthanghende/ gheſeghelt met onſen ſeghelen. Dit was ghedaen int jaer der Incarnatie ons Heeren alſmen ſchreef M. C C. L x x ende V J. In Sinte Pieters dagh/ ingaende Oughſt/ op 't beleſtroid.

Ibidem. Anno 1278: Allen den ghuenen die deſe letteren ſullen zien ende horen lezen doen te wetene/ Wie Gillis Dop. F. s'heer Pieters/ Pieter Bouin/ Lambrecht Coeluare/ Jan Bachter-halle/ ende Jan Uten-zacke/ Schepenen in Brugghe &c. Ende omme &c.

Ibidem. Francus magiſtratus hoc etjam modo; anno 1270: Mijn heere Boudene die Brockere Rudder/ Wouter die Wilde/ Reinaerd Porin/ Diederic van Scoré/ Diederic de Vos/ Staſin F. Reinaers/ ende Weinin Ratgheer/ wie Schepenen vanden Vrien te dien tijde/ doen te wetene hem allen die deſe letteren zien ſullen ende horen/ dat quamen &c.

Ibidem. Anno 1271: Tote al den ghenen die deſe letteren ſullen ſien ende horen. Reinard F. Vrowe Ghodelupde/ Willem vanden Oſtende/ Domaeys Hont/ Riquard Dining/ Johan Webel/ Wouter/ s'heer Alters ſone/ Willem Corte/ Schepenen van Brug-Ambacht &c.

Reſumunt, cum lingua, veterem vocem Ambacht/ quâ ante Cæſaris in Galliam adventum, & ante Chriſtum natum, in hac extrema Galliæ parte, uſi fuimus pro officio & clientela, teſte ipſo

Cómen 6. Cæſare, ubi de Gallorum moribus agens: *ut quiſque*, inquit, *eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ambactos clienteſque habet.*

Cæterùm quamvis het Vrye/ ſive Brugh-Ambacht/ clientelare fuerit Brugenſibus, uſque ad annum 1438; ex veteri tamen Regionis nomine ſemper Francum aut Liberum eſt appellatum, ut ſupra pluribus eſt oſtenſum.

Atque hæc de immutato genere ſcribendi, deque linguarum hoc tempore uſu, dicta ſufficiant, ab inſcriptionum ſerie tantiſper digreſſis.

Vt igitur ad eaſdem revertamur: IOANNES AVENIENSIS ægrè ferens MARGARETÆ filios DAMPETRÆOS, adhuc eâ ſuperſtite, Comitatus Flandriæ titulo condecorari, ſibique interim Hannoniæ titulo eſſe ſuperſedendum: fretus affinitate & auxilio GVILIELMI, Comitis Hollandiæ, ſimulque Imperatoris, cujus ſororem habebat conjugem; Hannoniam, ſibi non ante, quàm mortuâ MARGARETA, debitam, invaſit. Atque Henrico Leodienſium Epiſcopo, eo ſe nomine obſtrinxit.

Quin & ipſe Imperator, diplomate ſuo anni 1252, *Terram de Namurco, cum ſuis appendicibus, terram juxta Scaldem, terram Aloſtenſem, terram de Waſia, terram quatuor Officiorum*, in AVENIENSEM transſcripſit. Quare MARGARETA bellum adverſus filium decernit, & ipſa quidem ingentes, totâ Flandriâ, copias adornat; filios

Verba diplomatis ap Meyer. in Annal. ann. 1252.

lios verò DAMPETRÆOS, GVIDONEM, morte GVILIELMI, Flandriæ Comitem, & IOANNEM, Dampetræ Dominum, Atrebatum dimittit, militem in Arteſia, ſcripturos. Hîc eos, anno 1253, reperio edidiſſe diploma hujus frontis: *GVIDO Comes Flandrie, & IOANNES de Dampetra fratres, filij nobilis Domine MARGARETE, Illuſtris Flandrie, & Hainoie Comitiſſe* &c. *Data apud Atrebatum* &c. In arch. Flandriæ.

Hi poſtquàm deinde maternum exercitum in Zelandiam trajeciſſent, ab Hollandis, cum Cæſareo milite, in inſidiis collocatis circumventi, prælio victi, & ambo, unà cum ſororio ſuo Comite Barrenſi, capti, ad annum uſque 1256, in Hollandico carcere detenti fuerunt.

Quâ captivitate durante, MARGARETA, ut redemptionem filiorum redderet faciliorem, titulo Hannoniæ nonnunquàm abſtinuit, ſic tantùm ſcribere contenta; Brug. in Hoſpitali S. Ioann.

Anno 1254: *MARGARETA Flandrie Comitiſſa.*

Eodem modo, anno 1255. Boudelo.

Anno 1256: *Nos MARGARETA Flandrie Comitiſſa* &c. *Datum in Caſtris coram Anghien* &c. In S. Pet. Inſulis.

Exſtant tamen quædam, annorum etjam 1254, & 1255, ejus diplomata: Hannoniæ non minùs quàm Flandriæ titulo inſcripta; prout nimirum, reciprocante belli fortunâ, nunc victa, nunc victrix evadebat; firmata præſertim auxilio S. LVDOVICI, cujus frater, CAROLVS Andegavenſis, Hannoniam ei recuperavit.

Anno demum 1255, interemptum à Friſiis Imp. GVILIELMVM, IOANNES AVENIENSIS mox, etjam præcipiti exitu, eſt ſubſecutus; longiorem fortaſſe vitam habiturus, ſi, ex præſcripto ſacræ X. tabularum legis, matrem impenſiùs coluiſſet.

Horum obitum pax excepit; quâ, reſtitutis libertati filiis, geminoq; connubio, Flandros inter & Hollandos, contracto; MARGARETA rurſum, nihil jam obſtante, ſe Flandriæ pariter & Hannoniæ Comitem nuncupavit.

Exſtat enim hoc, anni 1256, diploma ipſius MARGARETÆ: *Ego MARGARETA Flandrie & Hainonie Comitiſſa.* In arch. urb Gand.

GVIDONIS anni 1257: *GVIDO Comes Flandrie.* Lindan. lib. 3. c. 8.

Item anni 1258; eodem modo. Lib. 1. c. 6.

Poſtmodùm ubi MARGARETA ejus mater, circa annum 1264, Marchionatum Namurcenſem emiſſet à BALDVINO Imp. Conſtantinopolitano, & MARTHA ejus uxore, eorumque filio PHILIPPO, hæredibus iſtius PHILIPPI, cui BALDVINVS MARGARETÆ avus, Namurcum tradiderat, idemque repeteret Henricus Blondus, filius Ermenſendis, cui id ereptum HENRICVS Imp. tradiderat BALDVINO; GVIDO, ut ſibi Marchionatum hunc ſolidè aſſereret, ISABELLAM Luxemburgicam, Henrici Blondi filiam, ſibi thori ſociam adſcivit; quacum ei ac-

ei acceſſit, quicquid Luxemburgenſibus juris erat in Namurcum. Exinde GVIDO novum ſigillum, titulo Marchionis Namurcenſis adauxit.





Vt ſigilli, ita quoque diplomatum ſuorum Epigraphen, eodem
In Brugen. Beggin. titulo produxit; anno enim 1264, cum matre ſic ſcripſit: *MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa. Et GVIDO Flandrie Comes, & Marchio Namurcenſis.*

Ibidem. Anno 1265, ſic MARGARETA ſola: *MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa.*

In arch. urb. Gand. An. 1266; GVIDO ſolus: *GVIDO Comes Flandrie & Marchio Namurcenſis.*

Ibidem. Anno 1269, uterque Flandricè: Wy MARGRIETE Graefnede van Vlaendren/ ende van Henegauwe/ ende ick GVY haer ſone Grave van Vlaendren/ ende Marc-Grave van Namen.

Anno

Anno 1270; illa: *Nos MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa.* Eodem anno ipſe: *Nos GVIDO Comes Flandrie & Marchio Namurcenſis.* Eod. uterque latinè: *MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa, & GVIDO filius ejus Comes Flandrie & Marchio Namurcenſis.* Eodem gallicè: *Nous MARGVERITE Conteſſe de Flandres & de Haynau, & nous GVIS ſes fius, Cuens de Flandres & Marquis de Namur.* Belliprat. Eccl Nam. F. Prædic. Inſulis. Ibidem.

Anno 1271: *Nos GVIDO Comes Flandrie, & Marchiſus Namurcenſis.* In Abb. Belliprat.

Anno 1272: *MARGVERITE Conteſſe de Flandr. & de Hainau.* Brug. in Beggin.

Anno 1273; uterque: *Nos MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa &c. Et ego GVIDO, dicte Domine Comitiſſe filius, Comes Flandrenſis & Marchio Namurcenſis.* Eodem anno MARGARETA ſola: *Nos MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa.* F. Prædic. Inſulis. Inſulis in Abbatiol.

Anno 1274; uterque, ut ſupra. urb. Gand.

Anno 1275: *Nos MARGARETA Flandrie & Hann. Comitiſſa* Byloke.

Anno 1276; ſola, ut ſupra. Flinis.

Anno 1277; eadem, ut ſupra. arch. Flan.

Anno 1278; eadem, eodem modo. Hoc anno MARGARETA, extremo jam ſenio confecta, Flandriæ Comitatum, GVIDONI, omnino tradidit; reſervatâ ſibi annuâ, librarum octo millium, penſione.

Anno 1279, quo MARGARETA fato conceſſit, hoc adhuc, unà cum GVIDONE filio, edidit diploma: *MARGARETA Flandrie & Hannonie Comitiſſa: Et GVIDO filius ejus, Comes Flandrie & Marchio Namurci.* In arch. urb. Brug.

GVIDO COMES FLANDRIÆ ſolus. Anno 1279.

Sigillum præcedens, & diplomatum epigraphen non mutavit GVIDO; neque dum an. 1290, cum uxore ſua ISABELLA, filio ſuo IOANNI, primò ex illa genito, Namurcum reſignavit, nec etjam anno 1299, cum filium ſuum ROBERTVM (qui, eo Compendii captivo, Flandriam gubernârat) in conſortem Imperii aſſumptum, Comitis Flandriæ titulo condecoravit; ſic ferè ſcribere conſuetus, ut vidi in variis archivis; latinè,

Anno 1281: *Nos GVIDO Comes Flandrie, & Marchio Namurcenſis.* Gallicè verò paſſim: *Nous GVIS Cuens de Flandres & Marquis de Namur.* Anno 1292, ita cum uxore ISABELLA, & IOANNE filio: *Nous GVIS Cuens de Flandres & Marchis de Namur; YSABIAVS ſe compaigne, Conteſſe de Namur, & IEHANS de Namur, leur fils.* In arch. urb. Brug.

ROBER-

ROBERTVS BETVNIENSIS, filius GVIDONIS, COMES FLANDRIÆ XXIII. Cum patre. Anno 1299.

ADmodùm adhuc puer, Betunienſis cognomento fuit nuncupatus; quòd, jam inde ab anno circiter 1252, matre ſuâ MACHTHILDE vivis ereptâ, in Dominium Betunienſe, ſicut ante dictum, ſucceſſiſſet. Adeoque etjam tum ſigillum habuit, figurâ equeſtri, tanquam ad venationem, procedente: cujuſmodi eſſe plerumque ſolent juvenum innuptorum ſigilla. In ſecundario, quod ſecretum vocat, utrumque ſcuti Leonini latus ſymbola claudunt, hinc Betuniæ, inde Teneramundæ.





In arch. Monaſt. Groening. Cortrac.

Munit hoc ſigillum litteras, anno 1265, ab ejus Aviâ MARGARETA datas; quarum hoc epigramma: *Nous MARGVERITE Conteſſe de Flandres & de Haynau, & Ie ROBERS ſes nies, aiſne fius au noble home GVION, Conte de Flandres, & Marquis de Namur; Avoeis d'Arras, Sires de Betune & de Tenremonde, faiſons* &c. In calce verò: *Et nous MARGVERITE Conteſſe de Flandres, & de Haynau, & Iou ROBERS ſes nies, aiſneis fius le Conte de Flandres, & Marquis de Namur. Donnes* &c.

In Eccl. D Virg. Teneram.

Affertur & hoc, anni 1264: *Nos ROBERTVS, Comitis Flandrie primogenitus, Advocatus Atrebatenſis, Betunie & Teneramunde Dominus.*

Flinis.

Vidi etjam alterum, anni 1265, hoc præludio: *Iou ROBIERS de Betune, aiſnes fius mon Seigneur GVION, Conte de Flandres; Sires de Betune & de Tenremonde.*

Anno 1264; ſociatâ ſibi, per matrimonium, Blancâ, filiâ Caroli Andegavenſis, Siciliæ Regis: quocum in Italiam profectus, Manfredum devicit; ſigillum fecit, equeſtri militis effigie, ſculptum: limbo

limbo, patris adhuc ſuperſtitis argumento, ſcutum Flandricum ſupernè trifariam ſcindente.





Titulos Advocati Atrebatenſis, Betuniæ ac Teneramundæ Domini, à matre hæreditarios (tametſi hîc, in ambitu ſigilli, ſupprimantur) in diplomate, quod anno 1267, ab Italia jam redux, cum hoc ſigillo dedit, adhuc ita vidi expreſſos: *Nos ROBERTVS Comitis Flandrie primogenitus, Advocatus Atrebatenſis, Betunie ac Teneramunde Dominus.* Inſulis.in S.Petri.

Anni 1266, hoc affertur diploma: *ROBERTVS Comitis Flandrie primogenitus, Atrebatenſis Advocatus, Betunie & Teneramunde Dominus. Datum anno Domini M.CC.LXVI. menſe Octobris.* Verùm ſuſpectus eſt mihi hic annus erroris, cum anno 1265, ſocerum in Italiam ſecutus, anno priùs 1267, inde rediiſſe dicatur. A Lindan. lib 3.c.2. ex Abb. S. Bernardi.

ROBERTVS anno 1271, viduatus uxore BLANCA Andegavenſe, quæ CAROLVM ei pepererat, Iſabellæ, ſorori Odonis Burgundi, Hugonis IV. Burgundiæ Ducis filiæ, deſponſum; Nivernenſis cognomentum accepit, ductâ in uxorem IOLE, Ioannis Triſtani, filii S. LVDOVICI, viduâ, filiâ Odonis antedicti, & Machthildis Comitiſſæ Nivernenſis, Altiſſiodorenſis & Tornodorenſis, itemque Baroniſſæ Donziacenſis. In quos tres Comitatus & Baroniam, cum anno 1272, obeunte abſque liberis maribus Machthilde, ROBERTVS ſuccedere vellet, ut majoris natu filiæ conjux, litem ei in ſupremo Pariſienſi Senatu moverunt Adela Ioanni Chalonio, & Margareta Carolo Audegavenſi Siciliæ Regi, nuptæ, IOLES ſorores: Iudicatumq; ut unaquęque filiarum, è tribus Comitatibus, uno potiretur: optione, penes

natu majorem IOLEN, relictâ; quæ, prælecto Nivernio, Baroniam Donziaci etjam retinuit: aliaque in Burgundiæ Ducatu, aut circa illum ſita.

Eſt verò Nivernium, urbs & Regio Galliæ, ad ripas Ligeris, Burgundiæ Ducatui ferè contigua; olim Noviodunum, etjam Neudunum, Heduorum pars Iulio Cæſari: Comitatus titulo gloriata, jam inde ab anno 882, ſub CAROLO CRASSO Imperatore.

Quo titulo ROBERTVS adauctus, ſigillum quoque ampliavit: ſcuto etjamnum, quòd pater viveret, ſuperiorem in modum, diſcriminato.





Gand. in arch. Flan. Exſtat, anni 1272, ejus, hoc programmate, diploma: *Ie ROBERS de Betune, aiſneis fius le Conte de Flandres, Cuens de Nevers.*

Ibidem. Et anni 1279, cum patre, hoc modo: *Nous GVIS Cuens de Flandres & Marquis de Namur. ROBERS Cuens de Neuers, Sire de Bethune & de Termonde.*

Ibidem. An. 1280: *ROBERT Conte de Neviers, Seigneur de Betune & de Tenremonde.*

Ibidem. An. 1281: *Iou ROBERS Cuens de Nevers* &c. Vt ſupra.

Ibidem. An. 1283: *Nous ROBERS aiſneis fius le Conte de Flandres, Cuens de Nevers, Sires de Betune & de Tenremonde.* Aliud: *Nous ROBERS aiſneis fius au Conte de Flandres, Cuens de Nevers.*

Ibidem. Anno 1287: *Nos GVIDO Comes Flandrie, & Marchiſus Namurcenſis, proponimus & dicimus, quod Anteceſſores noſtri, Flandrie Comites, terram de Aloſt, Geraldimontenſem, terram quatuor Officiorum, terram Waſie, cum terra ſupra Scaldem, cum earum pertinentijs vniuerſis, & ſingulis, terram de Walcres, de Zuyt-beuelant, de Noort-beuelant, de Berſele*

Berſele, & omnes inſulas Zelandie, cum pertinentiis earum, & terram de Ooſtreuant, de Creueceur, & de Aleues, ab initio, uſque in diem obituum ſuorum, pacifice tenuerunt, & poſſederunt. Et ſpecialiter Illuſtriſſima Domina MARGARETA, Flandrorum & Hannonie Comitiſſa, cui nos in Comitatu Flandrenſi & dictis terris ſucceſſimus &c. *Facta ſunt hec in domo noſtra, apud Winendale, in Flandria Tornacen. Dioceſis, anno Dominice incarnationis* 1287, *in die Pentecoſtes, preſentibus viris nobilibus Domino BALDVINO de Aueſnis, Domino de Beaumont fratre noſtro, ROBERTO Comite Nivernenſe, & WILHELMO filiis noſtris* &c.

ROBERTI etjam diploma exſtat latinum, anni 1291: principio tali: *Nos ROBERTVS primogenitus Comitis Flandrie, Comes Nivernenſis, Betunie & Teneramunde Dominus.* Sic & anno 1294. Gand. in arch. Flan.

Fuit præterea ROBERTO, ut Comiti Nivernenſi, minus ſigillum, quod Secretum indigitat: arcanarum rerum tabulis obſignandis frequentatum; quales vidi nonnullas, hoc ſigillo munitas, & eodem, quo ſuperiores, exordii genere inſcriptas.



Sub annum 1295, IOLE diem ſuum obeunte, dotalis Nivernii Comitatus ad LVDOVICVM, majorem natu filium, ab hæreditate maternâ, Nivernenſis poſtea vocabulo cognominatum, tranſivit. Vnde ROBERTVS exinde, tam in ſigilli (quod novum curavit) quàm in diplomatum inſcriptionibus, hunc Nivernii titulum expunxit.





 Pendet

Pendet hoc ſigillum à teſtamento GVIDONIS anni 1298, Gan I. in arch. Flan. in hanc periodum deſinente: *Et nous ROBIERS, & WILLAME, fils a noble home noſtre chier & amei Seigneur GVYON, Conte de Flandres & Marchis de Namur deuant dit, de nos francques & propres volonteis, nous ſommes conſentij, & conſentons a toute le devant dite ordonnance.*

Ibidem. Diplomatis, anni 1296, hoc eſt principium: *Nous ROBERS aiſneis fius au Conte de Flandres; Auoeis d'Arras, Sire de Bethune & de Tenremonde.*

Anno 1299, ad Flandriæ gubernaculum, parentis captivi loco, admotus, eodem ſigillo diplomata ſua roboravit, quibus hæc præ-Ibidem. fari conſuetus: *Nous ROBERS, aiſneus fils de le Conte de Flandres, tenans le francq adminiſtration de le Conte de Flandres* &c. *Aduoés d'Arras, Sire de Betune & de Tenremonde.*

Ejuſdem anni 1299, quo particeps Imperii Flandrici à patre Ibibem. eſt effectus, exſtat hujus exordii diploma: Wy ROBERT Grave van Vlaendren.

Flandriæ Comitatum adeptus, Teneramundam ceſſit fratri ſuo, ſecundo natu, GVILIELMO: quare in diplomatum ſuorum præfationibus, deinceps omiſit titulum Teneramundæ, ut & Betuniæ, quam Galli, occupatam anno 1297, per vim aliquamdiu detinuerunt.

GVIDO verò non priùs è carceris Compendiani, quàm è corporis ergaſtulo ſolutus fuit: quod factum anno, ſæculi decimitertii, quarto.

ROBERTVS BETVNIENSIS, COMES FLANDRIÆ ſolus. Anno 1204.

TAmetſi parens fato conceſſiſſet, ROBERTVS, etjam tum Pariſiis in carcere degens, Comitis Flandriæ titulo ſuperſedit: Quòd videlicet PHILIPPVS, Franciæ Rex, Comitatum illum fiſco ſuo adactum eſſe voluiſſet, jam ab anno 1296; quo exſtat ejus diploma ad Magiſtratum Brugenſem, frequentem faci-In arch. ens mentionem GVIDONIS, hoc modo: *GVIDO de Dompna* urb. Brug. *Petra, quem dicti Scabini & Burgenſes nuncupant, & appellant, & tenent pro Comite* &c. *decernentes, quidquid per dictum GVIDONEM, quem vocant Comitem Flandrenſem, actum eſt, in contrarium, irritum* &c.

Eſt & alind PHILIPPI, anno 1297, ubi: *per GVIDONEM,* inquit, *de Dompna Petra, quondam Comitem Flandriæ.*

In arch. ROBERTI miſſæ litteræ, patre mortuo, ita ſonant: *ROBERT* Flandriæ. *aiſneis fils au Conte de Flandre, faiſons ſcavoir a tous, que comme nous avons encouuent a LOEIS, noſtre ames fil anei, Conte de Nevers & de Reteſt* &c. *A l'Ouure a Paris, en l'an de grace 1305, le ſamedy apres la feſte Saint Piere & Saint Pol Apoſtles.*

Poſtea-

Poſtea verò quàm, anno 1305, pro ſui redemptione, fœdus illud, quod ex re, *fœdus iniquitatis* Flandri vocitarunt, cum Rege percuſſiſſet, quo à Flandris non obſervato, Rex, anno 1311, Inſulas, Duacum, & Orchiacum, ad id tum oppignoratas urbes, occupavit; ROBERTVS diplomatibus ſuis ita præſcripſit: *Nous ROBIERS Cuens des Flandres.* Itemque Flandricè: Wy ROBERT Grave van Vlaendren. Qualia paſſim reperire eſt, ab anno 1305, uſque ad annum 1322, quo, unà cum imperio, vitam abdicavit; cum hoc ſemper ſigillo:





Vſus fuit & ſigillo ſecreto, quod Bullulam (*Bullette*) nuncupat, in diplomate filiorum ſuorum LVDOVICI & ROBERTI, anni 1318; cui ſubſcripſit hoc modo: *Et nous ROBIERS Cuens de Flandre, a la requeſte de nos enfans deſſus nommeis, avons as choſes deſſuſdictes, mis nos autoritei, & aſſentiment; & en ſeurtei, ramentrance, & tieſmonaige a ces preſentes lettres fait mettre noſtre bullette* &c. Gand in. arch. Flan.



LVDOVICVS CRESSIACENSIS filius LVDOVICI Comitis Nivernenſis & Regiſteſtenſis, nepos ROBERTI, COMES FLANDRIÆ XXVI. Anno 1322.

CRESSIACVS inter Francos & Flandros pace factâ anno 1320 uxorem duxit MARGARETAM, PHILIPPI Regis Francorum filiam, patre LVDOVICO Nivernenſe, & avo ROBERTO Bethunienſe, adhuc viventibus; eâ tamen lege ut ſi contingeret LVDOVICVM patrem, præ avo ROBERTO mori, CRESSIACVS ipſi in Comitatum Flandriæ ſuccederet, excluſo ROBERTO Caſſetano, fratre Nivernenſis, ejuſque ſororibus, ad quos, hoc eventu, Comitatus ille de jure devolveretur. Hiſce conditionibus CASLETANVS ejuſq; ſoror IOANNA quinta maij anni prædicti Pariſiis ſubſcripſere. Ex hoc etiam contractu LVDOVICO Nivernenſe xj. Kal. Auguſti anno 1322 defuncto, CRESSIACVS ROBERTO avo ſuo (qui duobus circiter menſibus filio Nivernenſi ſuperſtes fuerat) in Flandriæ Comitatum ſucceſſit.

Sigillo ſuo LVDOVICVS teſſeram ſolius Flandriæ impreſſit quamquàm id inſcripſerit etiam titulo Comitis Nivernenſis.





Addidit & hunc titulum diplomatum ſuorum inſcriptionibus ipſo anno 1322; hoc modo gallicè: *LOVYS Cuens du Flandres & de Neuers* &c. *Le vielge de Apoſtles Sainct Simon & Sainct Iude.* Aliud eodem anno Flandricè: **Wy LODEWYCK Grave van Vlaendren ende van Nevers** &c. **Te Parijs** 16. **Louwmaendt.**

In arch. urb. Brug.

In arch. urb. Gand.

Niver-

Nivernium obtinuit per obitum Patris, ad quem diximus antè Comitatum illum, morte matris IOLES fuiſſe devolutum.

Eodem anno 1322, compoſita tandem eſt controverſia inter LVDOVICVM noſtrum, & Guilielmum, Hannoniæ, Hollandiæ &c. Comitem; ceſſitque Guilielmus LVDOVICO, quicquid juris habebat in terram Aloſtenſem, Waſiam, quatuor Officia, Gerardimontem, agrum & avenam Cameracenſem, Creveceuriam, Alluetum: LVDOVICVS verò viciſſim Guilielmo quicquid habebat juris in inſulas Zelandicas; quæſtione, de Leſſinia & Flobeka, VI. virorum arbitrio commiſſâ: qua de re litteris datis hic titulus eſt præfixus: *LOYS Cuens de Flandres & de Nevers, & Guiliaumes Cuens de Haynau, de Hollande, de Zelande & Sires de Friſe* &c. In arch. urb. Brug.

Anno 1325 in LVDOVICI diplomatibus additam legi Betuniam, hac epigraphe: Wy LODEWYCK Grave van Vlaendren/ van Nevers/ ende van Betunen. Quod videlicet pace anni 1320, hæc ad Flandriæ Comitem rediiſſet, quæ poſtmodùm, anno 1385, Guilielmo Comiti Namurcenſi tradita eſt, loco Sluſæ, ac demum Arteſiæ annexa. Ibidem.

Annis 1326, 1327, & 1328, quà gallicè quà Flandricè ſcripſit ut ſupra, anno 1322. Ibidem.

Sequenti verò anno 1329 diplomatibus novo ſigillo conſignatis titulum præfixit hoc modo adauctum: *Nous LOYS Conte de Flandres, de Nevers, & de Reth.* &c. *Le quart jour del mois march a l'entre.* Ibidem.





Regiſteſtum, ſive Raſtellum, aut Rethellum adeptus eſt, per deceſſum matris ſuæ MARIÆ, unicæ filiæ Iacobi Comitis Raſtellani, patri ejus, LVDOVICO NIVERNENSI nuptæ, anno 1278. Eſt autem hæc urbs & regio Picardiæ, inter Lotharingiam, terram Barrenſem, & Terram Eſſuorum, vulgò nunc gallicè Tieraſſe.

In arch. urb. Brug. Anno porrò 1330, ita ſcripſiſſe reperitur latinè: *LVDOVICVS Flandr. & Nivernen. & Regiſteſt. Comes illuſtris.* Gallicè hoc

Ibidem. modo: *Nous LOYS Conte de Flandres, de Nevers, & de Retheſt.*

Ibidem. Perinde anno 1331, gallicè & Flandricè, ut ſupra.

Anno deinde 1333, quo Mechliniam emit LVDOVICVS à Reginaldo II. Comite Geldrenſi & Zutphanienſi, ejuſque uxore Sophiâ, unicâ filiâ & hærede Bertholdi Mechlinienſis dynaſtæ; titulorum ſuorum catalogo Mechliniam adſcripſit: ſigillo ni-

Gand. in arch. Flan. hil tamen mutato; ita enim hujus anni diploma: *Nos LVDOVICVS Comes Flandrenſis, Nivernenſis, ac Regiſtetenſis, Dominus Mechlinienſis.*

Poſtea tamen, exorto, inter ipſum & Brabantiæ Ducem, bello, Mechliniæ titulo ſuperſedit; nam anno ſequenti 1334, ita ſcri-

Ibidem. pſit: *Nous LOYS Cuens de Flandres, de Naniers & de Retiers.*

In arch. urb. Gand. Anno 1335: *Nous LOYS Conte de Flandres, de Nevers, & de Retheſt, & nous MARGVERITE, fille du Roy de France, Conteſſe deſdites Contés.*

In arch. urb. Brug. Annis 1337, & 1338: *Nous LOYS Contes de Flandres, de Neuers, & de Retheſt.*

In arch. urb. Gand. Anno 1339, Flandricè: Wy LODEWYCK Grave van Vlaendren/ van Nevers/ ende van Retheeſt. Foederis, hoc eodem anno, Flandros inter & Brabantos icti, tabulas, hunc in modum ſubſi-

Arch urb. Bruxellen. gnavit: *LVDOVICVS Comes Flandrenſis, Niuernenſis, & Rethelenſis.*

Sequentium annorum, quibus, turbatâ totâ Flandriâ, cum uxore & filio, majori ex parte, in Galliis egit, apud Regem, vix ulla diplomata reperiuntur.

Anni tamen 1342, quo, ad aliquantum temporis, in Flandriam receptus fuit; unum ejus reperio diploma, obſignatum ſigillo minore, quod in margine *ſecretum*, in diplomate *ſignetum* dicitur: abſente nimirùm ſigillo majore.



In capi-

In capite ſic diploma: **Wy** L O D E W Y C K **Grave van Vlaen-dren/ van Nevers/ ende van Rethest** &c. In calce verò ſic: **Soo hebben wy deſe ieghenwoordighe letteren ghedaen ſegheelen met onſen ſingette/ byde abſentie van onſen grooten ſeghel/ Ghegheven ten Damme X X van October 1342.** In arch. urb. Brug.

Occubuit L V D O V I C V S prælio Creſſiacenſi: unde ei cognomen, diſtinctionis ergò; nam & ipſe, & Parens, uno antea, L V D O V I C I N I V E R N E N S I S, vocabulo notabantur.

LVDOVICVS MALEANVS, filius LVDOVICI CRESSIACENSIS, COMES FLANDRIÆ XXV. Anno 1346.

LVDOVICVS diu multùmque, diplomata ſua iiſdem titulis inſignivit, quibus pater; ſigillum tamen adhibuit à paterno diverſum.






Diplomatibus hoc plerumque caput, anno 1346, gallicè: *Nous LOYS Conte de Flandres, de Neuers, & de Retheſt.* In arch. urb. Brug.

Flandricè an. 1348: **Wy** L O D E W Y C K **Graeve van Vlaendren/ van Nevers ende Rethiers.** In arch. urb. Gand.

An. 1349 latinè: *Nos LVDOVICVS Dei gratia Flandren. Nivernen. & Regiſteſten. Comes.* In arch. urb. Brug.

Ejuſdem anni reperio diploma, munitum ſignaculo peculiari, iis rebus conſignandis frequentatum, quæ fori ſunt, & jus dicundum Ibidem.

dum attinent, vulgari vocabulo *ſigillum ad cauſas* nuncupatum.



Hujus diplomatis Flandrica inſcriptio eadem eſt cum ſuperiore.

In Senatu ejus ſanctiori, litteræ ſigillo majore obfirmabantur, præfatione nihil à ſuperiore diverſa.





Litteræ ſtragulo equino intextæ: L. Lvdovicvm. M. Margaretam ejus uxorem. F. *Flandriam*, videntur denotare,

Sigillum hoc, vocat ſigillum grande, ſeu majus; ejuſque uſum illi fuiſſe deprehendo, ab an. 1349; cujus ita diploma: *Nous LOTS par la grace de Dieu, Contes de Flandres, de Neuers & de Reth.* In fine verò: *Nous auons a ces lettres fait metre noſtre grand ſeel, faites &*

In arch. urb. Brug.

tes & donnees a Male, la veille del aſcenſion, l'an de grace 1349.

Anno 1356; occupatâ propemodùm totâ Brabantiâ, LVDOVICVS titulum ejus, in diplomatum ſuorum capitibus, uſurpare cœpit. Cujuſmodi eſt anni prædicti: Wy LODEWYCK Grave van Vlaendren/ byder gratie Godts/ Hertoghe van Brabandt / Grave van Nevers/ van Reth. Ende Heere van Mechlinie. In calce litterarum: By mynen Heere in zynen Raede. J. Lamb. In arch. urb. Brug.

Anno 1357; gallicè: *Nous LOTS Contes de Flandres, Ducq de Brabant, Conte de Neuers & de Reth, & Sires de Malines,* Arch Ab. Boudelo.

Porrò belli, anno 1356, in Wenceſlaum, Brabantiæ Ducem, à LVDOVICO moti; non levis, nec una erat cauſa. Is Mechliniam, quam LVDOVICI pater emerat, detinebat. Adhæc dotem decem millium florenorum florentinorũ, in ſingulos annos, MARGARETÆ Brabantæ, uxori LVDOVICI, à patre dictam, Wenceſlaus non præſtabat. Ea res ferro decidi cœpta: jamq; ad meliorem LVDOVICI cauſam, belli fortuna videbatur inclinare; cùm Guilielmus Hannoniæ & Hollandiæ Comes, huic negotio componendo, ultrò citroque arbiter electus, anno demum 1357, in hanc ſententiam pronunciavit: Wenceſlaus, loco decem millium florenorum, MARGARETÆ in dotem addictorum, LVDOVICO Antuerpiam tradat, clientelari titulo, à Brabantiæ Duce, tenendam: tum quicquid Antuerpia minoris æſtimabitur, id à Wenceſlao ſuppleatur. LVDOVICVS, ad vitam, Brabantiæ Ducis titulo utatur. Ac denique Mechlinia, cum univerſa ditione, perpetuùm cedat LVDOVICO.

Hic poſtea, filiæ ſuæ MARGARETÆ, Antuerpiam tranſcripſit; voluitque præterea, IOANNI, MARGARETÆ filio, ſe vivis exempto, Nivernium tradi.

Anno 1358, factâ ſigilli majoris mentione, ita ſcribit Flandricè: Wy LODEWYCK Grave van Vlaendren/ Hertoghe van Brabandt/ Grave van Nevers/ van Reth/ ende Heere van Mechlinie. Hac ſubjectâ litteris formulâ finali: Hebben deſen letteren ghedaē ſeghelen met onſen grooten ſeghel gheghebeu &c. Infra: By mijnen Heere in ſijnen Raed &c. In arch. urb. Brug.

Annorum ſequentium, uſque ad 1382, diplomatibus, iidem, quà gallicè, quà Flandricè, tituli præludunt, omiſſâ interdum formulâ: *Par la grace de Dieu.* Byder gratie Godts. *Gratiâ Dei.*

Anni hujus 1382, diplomati appenſum vidi, ſignaculum annulare, perparvum, quod ſignetum appellat; epiſtolis, ut reor, obſerandis uſitatum. In arch. urb. Brug.



Harum

Harum etjam litterarum prologus Flandricus (exceptâ formulâ: **Byder gꝛatie Godts**/ quæ hîc abeſt) nihil, à ſuperiore Flandricâ inſcriptione, diſcrepat.

In arch. urb. Brug. Incidi quoque in diploma, datum anno 1359, alio minuſculo ſigillo communitum. Id ſigillum ſecretnm nuncupat, ſymbolis hinc Nivernii (quæ eadem cum teſſera Burgundici Comitatus) inde verò Regiſteti exaratum.



Velum quod, è galea (ut videtur) dependens, ſuper armos Leonis ventilatur; alterum Leonem, Flandriæ ſymbolum, habet impreſſum. Diplomatum, hoc ſigillo firmatorum, eadem cum ſuperioribus eſt frons, adſcitis etjam, ab anno 1356, Brabantiæ Mechliniæque titulis.

Hoc ſigillo potiſſimùm uſus fuit, in abſentia magni, expreſſâ in litteris promiſſione, eaſdem majore ſigillandi, quando ejus facultas eſſet. Ibidem. Diploma Flandricum, anni 1348, ſic habet: **Wy** L O D E W Y C K **Gꝛave van Vlaendꝛen/ van Nevers/ ende van Rethers/ doen te weten**e &c. Sub finem verò ſic: **Ende omme dat wy willen ende begheeren/ dat alle de vooꝛſ. ſaecken/ ende elck poinct by hem/ ſullen blijuen ghehouden goet/ vaſt/ ſeker ende gheſtaede/ te eeuwelicken daeghen/ ſoo hebben wy ouer ons/ ende ouer onſe naercommers/ Gꝛauen van Vlaendꝛen/ deſe letteren uuyt-hanghende bezeghelt/ met onſen ſecꝛeten ſeghele/ den welcken wy vſeren ter tijdt van nu/ ende beloouen hemlieden te doen hebben ghelijcke letteren/ van wooꝛde te woordꝛe/ uuyt-hanghende beſeghelt met onſen gꝛooten ſeghele/ ſoo wanneer dat wyen vſeren ſullen/ ende ſijs verſoecken ende begheeren** &c. **Ghemaect in't jaer ons Heeren alſmen ſchꝛeef ſijn incarnatioen/ duyſentich dꝛie-hondert acht-ende-veertich. Te Denremonde opden achthienſten dach van Septembꝛe.**

Ibidem. Alterùm ejuſdem anni gallicum, ſic in fronte: *Nous LOYS Contes de Flandres, de Neuers, & de Rethel, faiſons ſcauoir* &c. In calce verò: *Et pour ce que nous voulons, que toutes les choſes deſſuſdites ſoyent bien & fermement tenues & gardees, en la maniere que deſſus eſt dict, Auons nous ces preſentes lettres, en teſmoing de ce, faict ſeeler de noſtre ſeel ſecret, en l'abſence de noſtre grand ſeel, leſquelles nous voulons eſtre reſellees, de noſtre grand ſeel, touteſſois que nous l'aurons, & en ſerons requiz* &c. *Donne a Bruges le 4. jour du mois de Novembre, l'an de grace mil trois cens XLVIII.*

Anno

Anno demum 1382; obeunte MARGARETA PHILIPPI Regis Francorum filiâ LVDOVICI matre, obvenit ei Comitatus Arteſiæ, Burgundiæ, Palatinatus, unà cum Dominio Salinarum. Exinde novo ſibi confecto ſigillo inſignia Brabantiæ, Arteſiæ, Burgundici Comitatus (quæ & Nivernii) & Regiſteti circumcirca Leonem impreſſit, qui, ut præcedente ſecreto, etjam hic Leonem Flandricum geſtat velo intextum.



Cum hoc ſigillo vidi diploma anni 1383, cui titulorum numeris, hunc in modum adauctis, præludit: Wy LODEWYC Grave van Vlaendren/ Hertoghe van Brabant/ Grave van Artoys/ ende van Burgoignen/ Palatin/ Heere van Salins/ Grave van Nevers/ van Retheſt/ ende Heere van Mechelne. In arch. urb. Brug.

Arteſia, olim Flandriæ pars, quam, anno 1180, PHILIPPVS ELSATIVS, nepti ſuæ ELISABETÆ, BALDVINI MONTENSIS & MARGARETÆ ELSATIÆ filiæ, nubenti PHILIPPO AVGVSTO, poſtea Francorum Regi, in dotem dederat, nunc iterum ad Flandriam redit; videlicet per Robertum II. Arteſiæ Comitem, PHILIPPI AVGVSTI pronepotem, cujus filia, eademque, defuncto fratre ſuo Philippo hæres Machthildis uxor data fuerat Odoni IV. Comiti Burgundiæ, Palatino, & Domino Salinarum. Horum filia atque hæres IOANNA, uxor PHILIPPI LONGI Regis Francorum, peperit Ioannam nuptã Odoni IV. Burgundiæ Duci, fratri Ioannæ uxoris PHILIPPI VALESII, & MARGARETAM, LVDOVICO CRESSIACENSI; ex Odone autem & Ioannâ, natus Philippus Dux Burgundiæ per patrem; per matrem verò Burgundiæ, & Arteſiæ Comes, Palatinus, & Dominus Salinarum; qui ex Ioannâ, Arverniæ & Boloniæ Comitiſſà, genuit PHILIPPVM, unicum dictarum provinciarum hæredem, primum MARGARETÆ MALEANÆ maritum, cui, in ætate vixdum pubere, defuncto

F ſucceſſit,

ſucceſſit, in Ducatum quidem Burgundiæ IOANNES, Franciæ Rex, VALESIVS, cauſa matris, Ioannæ Burgundæ, Odonis ſororis; in Comitatum verò Burgundiæ, Arteſiæ, Palatinatum ac Dominium Salinarum, MARGARETA CRESSIACENSIS uxor, mater MALEANI, cujus ex aſſe hæres MARGARETA, nupta PHILIPPO, ſupradicti IOANNIS VALESII, Francorum Regis filio, qui, anno 1363, Burgundiæ Ducatu à patre eſt donatus.

Porrò cùm, ante annum 1183, Comes Palatinus Burgundiæ, unus idemq; titulus eſſet; quemadmodùm Comes Palatinus Rheni &c. quia Comes Burgundiæ, de Palatio Imperatoris cenſebatur, orto ob eum Comitatum bello, inter Othonem Meraniæ Ducem, qui duxerat Beatricem, filiam Othonis, cui pater FREDERICVS BARBAROSSA Imp. Comitatum tradiderat: & Stephanum Comitem Cabillonenſem, qui Comitatum Burgundiæ ſibi, jure hæreditatis, deberi, neque potuiſſe Imperatorem de eo ſtatuere, contendebat; tandem anno 1210, inter eos, primùm quidem de finibus convênit, quorum æqua utrique pars concederet: deinde etjam de titulo, quo, pari ratione, bipertito, Comes Palatinus Otho: Stephanus verò Comes Burgundiæ, Cabillonenſis, Dominuſque Salinarum nuncuparetur. Eſt verò Salinæ urbs in Comitatu Burgundiæ, ab iis fontibus nobilis, qui per ignem condenſati, ſalem candidiſſimum orbi diſpenſant.

Poſtmodùm Othoni, ſine liberis defuncto, Stephanus ſuccedens, utrumque titulum diſtinctè adhibere cœpit; quod ad noſtra uſque tempora eſt obſervatum.

Obiit LVDOVICVS IX. Ianuarii. M.CCC. LXXXIII.

MARGARETA, filia LVDOVICI MALEANI, COMES FLANDRIÆ XXVI. Anno 1384. *Nupta PHILIPPO AVDACI, IOANNIS Galliarum Regis filio.*

IOANNES, Francorum Rex, multorum, à filio ſuo PHILIPPO præclarè geſtorum memor, dum iis gratas vices rependere animum inducit, anno 1363, Burgundiæ Ducatum (ſicuti dictum eſt) conſignavit; *poſſidendum, per eum, & hæredes ejus, in legitimo matrimonio, ex proprio corpore, procreandos, perpetuò, hæreditariè, pacificè, & quietè*; nullo ſexûs facto diſcrimine. Quam donationem anno, ſequenti, IOANNE defuncto, confirmavit CAROLVS, filius ejus natu major, & Regni ſucceſſor; qui, anno 1368, nuptiarum ergò, quæ inter PHILIPPVM hunc & MARGARETAM, MALEANI filiam, celebrabantur, ceſſit quoque MALEANO, Inſulas, Duacum, & Orchiacum; facto hîc ſexûs diſcrimine: ut nimirùm, ſi abſq; prole maſcula decedant, aut exhauſtâ eorum ſtirpe virili, Comitatum Flandriæ ad fœminam devolui contin-

Verba diplomatis Apud Mir. Cod. don. cap. 105.

contingat, Gallus eadem oppida, numeratis Comiti decem millibus librarum, recipere poſſit; quod tamen poſtmodùm, aliis pactionibus, eſt ſublatum.

Habuit MARGARETA, vivo adhuc patre, ſigillum cum ſcuto, ad perpendiculum ita ſecto, ut hinc Burgundia, Franciæ liliis intermixta, cujus hic PHILIPPVS eſt auctor; inde verò Flandria, id bipertiantur.



Vidi MARGARETÆ diploma, datum anno nuptiarum ſuarum 1368; ita inſcriptum: *Nous MARGVERITE de Flandres, Ducheſſe de Bourgoigne, & Dame de Lens en Arthois.* Lenſiun ei reperio datum anno 1361, atque adeò poſt, etjam Antuerpiam, eâ, quâ dictum eſt, ratione; & hæc exprimitur in utriuſque diplomate anni 1384; ita: *PHILIPPVS, Regis quondam Francorum filius, Dux Burgundie, & Dominus Antuerpienſis, & MARGARETA de Flandria, Duciſſa Burgundie, & Domina dicte ville Antuerpienſis, einſdem Domini mei Ducis conſors.* Cum tali ſigillo PHILIPPI.

In arch. urb. Brug.

Ibidem.





Hoc, & ſuperiore MARGARETÆ, ſigillo, munitur utriuſque


 diploma

diploma datum Brugis, poſtridiè inaugurationis eorundem, hoc
In arch. urb. Brug. titulorum agmine litteras præeunte: *PHILIPPE fils de Roy de France, Ducq de Bourgongne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgongne, Palatin, Sire de Salins, Conte de Rethel, & Seigneur de Malines. Et Nous MARGVERITE, Ducheſſe, Conteſſe, & Dame deſdicts lieux* &c. *A Bruges* 27. *April.* 1384. Novo nimirum necdum parato.

Nivernium, è ditionibus MARGARETÆ paternis, jam hîc deſideratur; utpotè IOANNI, MARGARETÆ & PHILIPPI filio, ab avo MALEANO, aſſignatum.

Omittitur præterea Antuerpia, redempta videlicet per Wenceſlaum, Brabantiæ Ducem, denis Florentinorum nummûm annuorum millibus: pro quibus eandem urbem, ſibi traditam, LVDOVICVS pater, dederat MARGARETÆ.

Adhibuit etjam PHILIPPVS monumentis ſuis, ſigillum exiguum, cui ſecreto nomen.



Vſus fuit hoc ſigillo, & ante ductam MARGARETAM, & vivente ſocero, utique porrò perſeveravit eo defuncto; ſiquidem diploma vidi, datum anno 1369, cui, cum hoc ſigillo, hi tituli:
In arch. urb. Brug. *Nous PHILIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgongne.* Vidi item aliud anni 1384; & hoc PHILIPPI, & ſuperiore, ſolius MARGARETÆ, ſigillo roboratum; hoſce præferens titulos:
Ibidem. *PHILIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgongne, Conte de Flandres, d'Artois & de Bourgongne, Palatin, Sire de Salins, Conte de Reth, & Seigneur de Malines, & d'Anuerps, & nous MARGVERITE ſa compaigne, Ducheſſe, Conteſſe, & Dame des dix lieux* &c. *Auons fait mettre nos ſeaux a ces preſentes, donne en noſtre ville de Bruges, on mois d'Auril, l'an mil CCC. quatrevins & quatre.*

Datum fuiſſe hoc diploma, defuncto quidem MALEANO: verùm ante PHILIPPI & MARGARETÆ inaugurationem, argumento eſt Antuerpiæ titulus: qui hîc adhuc expreſſus, in diplomate poſtridie inaugurationis edito, & ſupra exhibito, eſt ſuppreſſus.

Inauguratione peractâ, factum quoque novum PHILIPPO ſigillum, devolutorum, per obitum ſoceri, Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, & Regiſteti Comitatuum, ſcutis, utrobique impreſſum.

Litteris

Litteris P. & M. in ſigillo ſecundario, PHILIPPVM & MARGARETAM denotantibus.





Porrò diplomatum, ab inauguratione editorum, frontibus, ſubinde utriuſque, ſubinde unius etjam PHILIPPI titulos video præfixos; ita enim altero inaugurationis menſe, ſolus: *PHILIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres, d'Artois & de Bourgoingne, Palatin, Sire de Salins, Conte de Rethel, & Seigneur de Malines. Donne a Paris le XI. jour de Iulet. M. CCC. LXXXIIII. par le Duc. Blanch.* In arch. urb. Brug.

Anno ſequente 1385, in capite Pacis Tornacenſis, quâ Gandenſes, poſt longam cum MALEANO diſſenſionem, PHILIP-

In arch. urb. Brug.

PO, & MARGARETÆ ſunt conciliati; ita uterq́;: *PHILIPPE fils* &c. Vt ante. *Et MARGVERITE Ducheſſe, Conteſſe, & Dame des diz payz & lieux* &c. *En teſmoing de quelles choſes, nous Duc & Ducheſſe deſſuſdis; & nous IEANNE par la grace de Dieu Ducheſſe de Lucembourg, de Brabant, de Lembourg; nous Duc AVBERT Bailz, Gouuerneur, & Heretier des pays de Haynau, de Hollande, de Zelande, & de la Seigneurie de Friſe* &c. *auons fait mettre nos ſeaux a ces lettres. Donnees a Tournay, le XVIII jour de Decembre, l'an de grace M.CCC.LXXXV. Par Monſ. le Duc & Madame la Ducheſſe. Gerbode.*

Vſum quoque reperio PHILIPPVM altero ſigillo, à ſuperiore, ſi ornatum fundi ſigillaris, uniuſque ſcuti Regiiſtetenſis tranſpoſitionem excipias, vix diverſo.





Diplomatibus, hoc ſigillo confirmatis, inſcriptum eſt, ut ſolius PHILIP-

PHILIPPI ſuperioribus: hac verò formulâ ſubſcriptum: *Donne a Oudenarde, le penultime jour de Ianuier, l'an de grace mil trois cens quatre vins & neuf. Par le conſeil eſtant a Oudenarde, où quel vous eſtiez. . Gerbode.* Vnde apparet illud fuiſſe concilii ejus privati. Prug. in Hoſpital. S. Ioann.

Exſtat aliud præterea ſigillum, ſcutis iiſdem, ſitu tamen utrobique diverſis, exaratum: adjecto in circumſcriptione marginali, *Paris Franciæ* titulo, quo ſigillo in Gallia eſt uſus.

Id appenſum vidi diplomati, cujus etjam principium erat, ut ſupra PHILIPPI ſolius; hic verò finis: *Donne a Vernon ſur Seine, le derrain jour de Iuillet, l'an de grace M. CCC. LXXXVII.* In arch. urb. Brug.
Par Monſeigneur le Duc, a la relation de ſon conſeil, ou quel vous eſtiez. Gillis.





Solus hic inter Comites Flandriæ, quod ego quidem deprehendi *Patricij* vulgò *Paris Franciæ*, titulum in ſigillo ſuo expreſſit;

cum tamẽ jam inde à prima duodecim Parium inſtitutione, Comes Flandriæ in eorum numero fuerit. Sed hoc in PHILIPPO ſingulare: quod anno 1363, litteris paternis, ratione Ducatus Burgundiæ, inter *Pares Franciæ* Primus, *Pariumque* Decanus priùs fuerit nuncupatus, quàm eſſet Flandriæ Comes. Vnde quoque IOANNES INTREPIDVS ejus filius & ſucceſſor, anno 1404, à CAROLO VI. Francorum Rege, ejuſdem Ducatus titulo *Par* & *Decanus parium* declaratus, ad litteras, quibus Carolus Aurelianenſis, aliiq; bellum ei denunciabant, anno 1411, reſpondens, ita de ſe ſcripſit: *Nos qui Regis conſanguineus, Decanus Parium, biſque Par ſumus.* Nimirum ut Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ. Niſi quis malit intelligere, eum ſe ſcribere *Decanum*, ut Burgundiæ Ducem, & bis *Parem*, ut Flandriæ & Arteſiæ Comitem. Quemadmodùm & PHILIPPVS BONVS, INTREPIDI filius & ſucceſſor, an. 1461, litteris LVDOVICI XI, *Decanus* & *bis par Franciæ*, ratione Burgundiæ, Flandriæ, & Arteſiæ eſt renuntiatus. Siquidem, ab an. 1297, PHILIPPVS PVLCHER, Franciæ Rex, Robertum II. Arteſiæ Comitem, Franciæ Parem creavit (extra ordinem tamen) quod pluries à Gallorum Regibus factitatum.

Tillet des Pairs de France.

Ex literis apud Meyer. an. 1411

Tillet ut ſupra.

Eſt & PHILIPPI diploma, latino idiomate conſcriptũ, Societatis Teutonicæ Mercatoribus olim datum; cujus hoc exordio: *PHILIPPVS quondam Francorum Regis filius, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Artheſij, & Burgundiæ, Palatinus, Dominus de Salinus, Comes Regiſtetenſis, ac Dominus de Mechlinia* &c. *Datum in villa noſtra Inſulenſi die duodecima Maij anno Domini* 1392.

In arch. urb. Brug.

In urbe Inſulenſi PHILIPPVS, anno 1385, quod adminiſtratione Regni Francici, ſæpè multumque à Flandria cogeretur abeſſe, provinciale concilium Flandricum inſtituit; cujus alii quidem Senatores, cauſas judiciales appellationum, alii acceptorum expenſorumque Comitis Flandriæ rationes exercerent. Hujus inſtitutionis diploma ſic habet: *PHILIPPE* &c. Vt ſupra: *Sçavoir faiſons que, pour ce que, tant par les beſoingnes de Monſeigneur le Roy, & de ſon Royaulme, comme pour le gouuernement de nos aultres pays, nous conuient ſouuenteſſois nous eſlonger & abſenter de noſtre pays de Flandres, nous (par la deliberation de noſtre conſeil) auons ordonné & deputé aucunes perſonnes notables, nos conſeilliers & gens de noz comptes, nommes en nos autres lettres, a chaſcun d'eulx ſur ce octroyez, pour demourer & faire continuele reſidence en noſtre ville de Lille* &c. *Donné a Parijs le cincquieſme jour de Feurier, l'an de grace mil trois cens quatrevingtz & cincq. Par Monſeigneur le Duc. Vous preſent: I. Hue.*

L. 1. plac. Belgic. fol. 237.

Quia verò Flandrorum, Teutonicè loquentium, Primates, linguæ gallicæ (quâ ſolâ iſthîc litigabatur) contemptu, vulgus autem ejuſdem imperitiâ, domeſticis judiciis acquieſcere, quàm Inſulas appellando, alienâ linguâ diſceptare malebant; ipſique prę-

terea

terea Inſulani ac Duacenſes, Pariſienſem curiam, tum adhuc, appellabant: ideò prius hujus concilii membrum, cauſis litibuſque deſtitutum, non diu tenuit. Poſtea verò IOANNES INTREPIDVS, anno 1409, Senatum illum diviſit. Legali, quæ Camera Concilii Flandrici dicta, Gandavum tranſlato; rationali verò, quæ computuum Camera, Inſulis permanente.

Anno 1399, unum diploma, tempore & loco diverſis, ſejuncti ambo ediderunt, in hanc ſententiam: *PHILIPPE fils* &c. Vt ſuperius. *Et nous MARGVERITE Ducheſſe, Conteſſe, & Dame des dis pays & lieux* &c. *Donne, quand a nous Duc, en noſtre ville de Heſdin, ou mois d'Aoughſt, l'an de grace M. CCC. XCIX. & quand a nous Ducheſſe, en la maiſon du bois de Mauſlennes, lez noſtre ville d'Arras, le XXV. iour d'Aougſt, l'an deſſus dit courant M. CCC. XCIX. par Monſieur le Duc. I. de Kethulle. Par Madame la Ducheſſe. I. de Mari* In arch. urb. Brug.

Anno 1403, exulat è ſigillo Regiſtetum:





Id

Id factum, quia anno 1402, condecorandis iis nuptiis, quas ANTONIVS ejus filius, ſecundo loco genitus, Atrebati celebravit, cum IOANNA, Valerani Luxemburgici nata, cui, per exceſſum patris, obtigerat Comitatus S. Pauli; PHILIPPVS, ANTONIO tradidit Regiſtetenſem Comitatum; adhæc Ioanna matris ejus matertera, cùm ipſa prole careret, Brabantiam illi & Limburgum, ſe moriente, addixit: PHILIPPO & MARGARETA, eorumq; majore natu filio IOANNE, hujuſmodi reſignationem ratam habentibus. A quo tempore Regiſtetum, ut diximus, in ſigillo eſt omiſſum.

Pari modo, à diplomatum frontibus, Regiſtetenſis titulus exinde juſſus abeſſe; ita enim anno 1403, eum reperio ſcripſiſſe: *PHILIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatin, Seigneur des Salins & de Malines.* Furnis in arch S.Nicolai.

Vivendi finem PHILIPPVS fecit VI. Kal. Maias 1404; ditionibus ſuis, inter filios, hac ratione, priùs diviſis: IOANNES natu major, poſt obitum utriuſque Parentis, præter Burgundiæ Ducatum, haberet Flandriæ, Arteſiæ, & Burgundiæ Comitatus: adhæc eſſet Palatinus, itemque Salinarum & Mechliniæ dynaſta. ANTONIVS verò, Ducatum Limburgenſem, unà cum Rethellenſi Comitatu, acciperet; decedente autem Ioannâ, etjam Lotharingiæ, Brabantiæque Ducatus, unà cum ſacri Imperii Marchionatu. PHILIPPVS deniq;, natu minimus, Comitatum Rethellenſem: quando videlicet ANTONIVS, obeunte Ioannâ, Ducatum Brabantiæ conſequeretur.

MARGARETA, jam vidua, uti denuò cœpit ſigillo, quod ante habuerat, quàm eſſet Comes: ſuperiùs, primo loco, exhibitum; obſignavit eo diploma anni 1404; cujus hæc frons: *MARGVERITE Duceſſe de Bourgoingne, Conteſſe de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatine, Dame de Salins, & de Malines.* &c. *A Arras le* 17. *jour d'Aougſt* 1404. Gand. in arch. Flan.

Marito ſuo, vix decem menſibus ſuperfuit, Atrebati vivorum numero exempta, menſe Martio, ante Paſcha. Gallis itaque anno 1404; Romanis 1405.

IOANNES INTREPIDVS, filius PHILIPPI AVDACIS, & MARGARETÆ MALEANÆ, COMES FLANDRIÆ XXVII. Anno 1405.

IOANNEM, durante adhuc utriuſque Parentis vitâ, Comitis Nivernenſis titulo condecoratum fuiſſe, dictum ſupra. Is verò, quin toto illo decennio, quo ante patris obitum, ea in dignitate, adeoque, novem interim annos, in matrimonio fuit, diplomata hoc titulo inſcripta, & ſigillo communita ediderit, dubium mihi

non

non eſt, utraque tamen in hunc uſque diem deſideranti.

Primum ejus diploma, quod ad me venit, Aldenardæ datum eſt, eodem, quo pater exceſſit, anno 1404: obſignatumque ſigillo, titulis Ducis Burgundiæ, Comitis Nivernenſis, & Baronis Donziaci inſcripto: inſignibus verò Burgundiæ, novæ ac veteris, ſymbolo Flandriæ, deſuper impreſſo. Cæterùm id diploma, cum ſigillo, patre quidem defunćto, ſed matre adhuc ſuperſtite, datum eſſe: ex adſcripto Burgundiæ paterno, ſupreſſiſque Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, cæteriſque titulis maternis, fit manifeſtum.





Diplomatis principium, cum ſigilli inſcriptione latina congruit, hoc modò: *IEAN Duc de Bourgoingne, Conte de Neuers, & Baron de Donzÿ.* Gand in arch. Flan.

Baronia Donziaci, jam inde, ab anno circiter 1220, Nivernio fuit unita, per nuptias Hervæi Donziaci, cum Machthilde, unicâ filiâ Petri Corteniaci, ex Agnete Comitiſſa Nivernenſe.

Eodem adhuc ſigillo conſignavit diploma, Proxenetis Brugenſibus datum, anno 1405; matre jam defunćtâ; hos enim ſibi titulos hic adſcribit: *IEAN Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatin, Seigneur de Salins, & de Malines.* Hoc, ſtatim à matris exceſſu, datum eſſe, id arguit: quod nondum confećto ſigillo novo, priore debuerit communiri. In eorum archivis.

Nivernii titulus hic abeſt, quòd, ex formula diſpoſitionis paternæ,

ternæ, de qua ſupra, Ioanne in maternas ditiones ſuccedente, id tranſiverit ad minorem natu PHILIPPVM; qui etjam exinde hunc ſibi titulum adſumpſit.

Sigillo quod, ſupradictis ditionibus auctus novum fieri curavit, ad equi poſticum ſymbola tantum Arteſiæ & Burgundiæ impreſſit, quod videlicet Flandrica in ſcuti ſui centrum ſint relata. Cæterum in imo ephippio ſigilli potioris, itemque è fundo minoris belides floſculi ad ornatum pullulant; hos quia vulgò gallicè Margaritulas (*Marguerites*) vocant: facit, ut opiner, hoc ſymbolo, alludi ad muliebre nomen Margaretæ, quo uno ejus & uxor Bavara, & mater Maleana, & avia Brabanta, & proavia Francica, fuerunt appellatæ.





Hoc ſigillo conſtanter uſus eſt IOANNES omni reliquâ vitâ inſcri-

tâ, inſcriptionibus diplomatnm ante annum 1417 nihil etjam à ſuperiore mutatis.

Anno verò 1417 diploma reperio cum ſolo adverſario ſigillo editum, hac titulorum enarratione: *IEAN Duc de Bourgoingne,* Brug. in *Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne,& de Stampes, Palatin,* Beginagio *Seigneur de Salins & de Malines.*

Accedit hîc ad titulos, Comitatus Stampenſis; quia nimirum hoc anno Stampas urbem cum univerſo Comitatu Armeniacis vi armorum ademit; mox tamen hunc emptum à Duce Biturigum, tradidit fratri ſuo minimo PHILIPPO, qui eum in hac expeditione fuerat comitatus, unde is quoque deinceps Comitis Stampenſis cognomento eſt notatus.

Permulta quoque occurrunt IOANNIS diplomata, ſigillo ſecreto obſirmata.



His in capite unus idemque cum ſuperioribus ante annum 1417, ſemper eſt prologus, in calce verò ſemper hic epilogus: *Avons fait mettre noſtre ſeel de ſecret, en l'abſence du grand. Donné* In arch. urb. Brug. &c.

Fuit præterea ſigillo ejus minuſculo munitum diploma datum Pariſiis 12. Septembris anno 1418 ad Præfectos Cameræ rationum Inſulis à patre inſtitutæ, propriâ ejus manu ſubſignatum.




Hoc ſigillum D. Ioannes Iacobus Chiffletius, REGIS noſtri, & REGII PRINCIPIS CARDINALIS Medicus, à Cubiculis ordinarius, calamo delineatum, cum pluribus aliis, mecum communicavit. Litteræ, quæ tribus ſedibus marginalibus vacuis impreſſæ fuerunt, adeo ſunt extritæ, ut planè videri non poſſint.

Periit IOANNES INTREPIDVS anno 1419. Septembris die decimo, per nefariam proditionem, juſſu Delphini Gallici, Monaſterioli crudeliter trucidatus.

PHILIPPVS BONVS, filius IOANNIS INTREPIDI, COMES FLANDRIÆ XXVIII. Anno 1419.

PAtre adhuc inter vivos agente, ſigillum habuit ſimplex; cùm videlicet, ab eo Gallicis bellis intento, provinciarum adminiſtrationem accepiſſet.



Fidem facit hoc ſigillum diplomati anni 1414, cui *PHILIPPVS* hæc præfatur: *Nous PHILIPPE de Bourgoingne Conte de Charlois, ſeul fils & heretier apparent de mon treſredoute Seigneur & Pere, Monſieur le Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne. Scachans* &c. Et in fine ſubjicit: *En teſmoing de noſtre ſeel, dont nous uſons preſentement, meſmement ou faict de gouuernement, que par mon dict Seigneur & Pere, en ſon abſence, nous at eſté baillé de ſon Pays de Flandres, que auons faict mettre & apposer a ces preſentes. En la ville de Gand, le 27. Iullet l'an de grace* 1414.

In arch. urb. Ipren.

Charoleſium, quod & Quadrilegium, & Carcella, & Kariala, & Quadrila, pars fuit Ducatus Burgundiæ; eſtque Comitatus, ex Caſtellaniis montis S. Vincentii, Sine-vineis, Salvamenti, Dundani; Arcuſii &c. conflatus. Illud Hugo IV. Dux Burgundiæ, anno 1272, teſtamento (cujus ante fuit mentio) legavit Beatrici, filiæ Ioannis Burgundi, ex Agnete filia Archembaldi, Domina de Bourbon, nepti ſuæ, Roberto Claromontano, filio S. LVDOVICI nuptæ; unde natus Ioannes Claromontanus, frater Ludovici I. Ducis Borbonii, ex Ioanna Argeria, procreavit alteram Beatricem, quæ Charoleſium, in dotem attulit Ioanni I. Comiti Armeniaco, à quo PHILIPPVS AVDAX, eundem Comitatum emit, ac PHILIPPO Nepoti dedit, à ſe de ſacro fonte ſuſcepto.

Eodem anno 1414, obtinuit PHILIPPVS, à Patre, Caſtrum Belinum, in Comitatu Burgundiæ; quod Dux IOANNES Fiſco ſuo addictum, poſt arctam obſidionem, vi cepit; Ludovico Chalonio II. Comite Tornodorenſe, quòd adverſus clientelam & fidem, ei debitam, factionem Armeniacam ſectaretur, excluſo. Exinde mutato ſigillo ejus perigraphen, Caſtri Belini titulo, adauxit.

Cujuſ-

Cujuſmodi unum reperi, marginibus ita vetuſtate labefacta- In arch.
tis, ut inſcriptionis pars major deſideretur: equidem talem fuiſſe laniorum
opinor: *S. PHILIPPI Comitis Quadrilenſis, & Domini Caſtri Be-* Brugeſ.
lini.



Diplomati, cujus hoc ſigillum, tale principium: *PHILIPPE de Bourgoingne, Conte de Charolois, Seigneur de Chaſteau Belin; Lieutenant, & ayant en abſence, & par ordonnance de mon treſredoute Seigneur & Pere, Monſieur le Duc de Bourgoingne, Conte de Fland. d'Artois, & de Bourgoingne, le gouuernement de ſes dits pays, & Contes de Flandre & d'Artois.* &c. talis verò finis: *En teſmoing de ce nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Donne audict lieu de Bruges le 28. jour de Mars, l'an de grace 1418, auant paſques. Par Monſ. le Conte en ſon conſeil. Q. Menart.* Exſtat & aliud ejus diploma In arch.
cum eadem præfatione. *Datum Gandavi 14. Iulij. Anno* 1419. urb. Brug.

Sigillo ſimplice uſus fuit PHILIPPVS quoad Parens vixit; at, eo interempto, majus, minore oppoſito, cœpit adhibere.

Diplomata ſua, exinde quoque, eàdem quâ pater, titulorum ſerie eſt exorſus Videlicet anno 1419, duodecimo à cæde pa-
rentis die: *PHILIPPE Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres,* Ibidem.
d'Artois, & de Bourgoingne, Palatin, Seigneur de Salins, & de Malines &c. *Donne en noſtre ville de Bruges le 22. jour de Septembre* 1419.
Dedit, ejuſdem exordii, litteras, eodem anno: *En noſtre ville d'Ar-* Ibidem.
ras, 20. Novemb. Item: *En neſtre ville de Gand, ou mois de Ianuier.* Ibidem.
Item: *A S. Quentin, le 19. jour de Feurier.* Ibidem.

Anno deinde 1420: *Donne a Troyes le 22. d'Auril.* Item: *En* Ibidem.
noſtre ville de Gand, le 6. jour de Mars.

An. 1421: *PHILIPPE* &c. *Scauoir faiſons* &c. *que cōme au trai-* Ibidem.
tie du vendage & tranſport, que noſtre treſchier & treſaimee Couſin Meſſire IEAN de Flandres, Conte de Namur, & Seigneur de Bethune, nous a faict de la Conte de Namur, & de ſes autres ſeigneuries & terres, fut eſte accordé &c. *Donné en noſtre ville de Gand, ou mois d'Auril, l'an de grace* 1421. *apres paſques. Par Monſeigneur le Duc. Q. Menart.*

Ibidem. Anno 1421: *Donne en noſtre ville de Gand, ou mois d'Auril.* Item: *En noſtre ville de Lille, le 2. jour de Iullet.* Item: *En noſtre ville de Bruges 11. Decembre.*

Ibidem. Anno 1422: *Donné a Paris le 22. de Septembre.*

Ibidem. Anno 1423: *Donne en noſtre ville de Chaſtillon ſur Seine, le 27. jour de Ianuier.*


Ibidem. Anno 1425: *Donne en noſtre ville de Bruges, le 25. jour d'Aougſt.* Cum hoc ſemper ſigillo:





Subinde PHILIPPVS etjam diplomatibus ſuis applicuit ſigillum, cui ſecreto nomen; exordio ut aliorum ſupra, hac verò conclu-

conclusione: *Auons faict mettre noſtre ſeel de ſecret, en l'abſence du* In arch.
grand, a ces preſentes; donne en noſtre ville de Lille, le 28. *jour de Ia-* urb. Brug.
nuier. 1422.



Circa annum 1425; cùm Iacoba Bavara, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Comitiſſa, & Friſiæ Domina (quòd à marito ſuo, IOANNE Brabantiæ Duce, diffugiſſet, alterius thorum ſecuta) à IOANNE & & PHILIPPO, mutuis viribus eam inſectantibus, ad extrema jam eſſet redacta; pax ei hiſce legibus data: ut IOANNES, Brabantiæ Dux, Hannoniam adminiſtraret, PHILIPPVS, ut Iacobæ, ſi nullos ipſa liberos procrearet, proximus hæres, Hollandiam, Zelandiam, Friſiam moderaretur. A quo tempore, etſi PHILIPPVS ſigillum ſuum non mutârit; diplomatum tamen titulis hoſce novos adſcripſit: PHILIPS Hertoghe Ibidem.
van Burgondien/ Grave van Vlaendren/ van Artoys/ ende van Burgondien/ Palatijn/ Heere van Salins ende van Mechelen/ Ruwaert ende oir der landen van Hollandt/ van Zeelandt/ ende van Vrieslandt. &c. Ghegheven binnen onſe Stede van Dordrecht/ up S. Martens dach inden winter/ in't jaer ons Heeren M. C C C C. X X V.

Per titulos hic adjectos vocat ſe PHILIPPVS noſter Provinciarum Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ Ruwaert ende oir/ quibus Flandri gubernatorem & hæredem notant. Hi tamen tituli in diplomatibus ſequentium annorum ſubinde negliguntur.

Anno enim 1426, ſub ſigillo ſecreto, ita tantùm ſcripſit: *PHI-* Brug apud
LIPPE Duc de Bourgoingne, Conte de Flandre, d'Artois, & de Bour- Iacopinas
goingne, Palatin, Seigneur de Salins, & de Malines. Donne en noſtre ville de Bruges le 19. *d'Apuril* 1426.

Anno item 1427 ita latine: *PHILIPPVS Dux Burgundie,* In arch.
Comes Flandrie, Artheſij, & Burgundie, Palatinus, Dominus de Salinis, urb. Brug.
& de Machlinia. Datum in villa de Leyden, in Hollandia, die ſexta menſis Decembris, anno Domini 1427.

Anno verò 1428, IOANNI Brabantiæ Duci, Iacobæ Marito, mortalibus evocato, PHILIPPVS in adminiſtrationem Hannoniæ ſuccedens, hujus quoq; titulum reliquis adjecit in hunc modum:

Gand in arch. Flan. dum: PHILIPS Hertoghe van Burgondien/ Grave van Vlaendren/ van Artoys/ ende van Burgondien/ Palatijn/ Heere van Salins/ ende van Mechelen/ Ruwaert ende oir der Landen van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ ende van Vrieſlandt. Tot Valencijn den 24. Januarij 1428.

Anno 1421, ut ſuprà oſtenſum, Ioannes, Namurcenſis Comes, ultimus è ſtirpe GVIDONIS, cum nec uxorem, nec prolem haberet; Namurci Comitatum vendiderat PHILIPPO, reſervatâ ſibi, ad vitam, illius poſſeſſione. Huic igitur, ad annum 1429 defunčto, ſuccedens PHILIPPVS, novum, idque majus fecit ſigillum.





Adduntur hic, in utroque ſigillo inſignia Namurci, ſcutum videlicet

delicet coronati Leonis ſymbolo depictum: Illud idem planè cum Flandrico ſibi primus aſſumpſit PHILIPPVS Nobilis natu ſecundus filius BALDVINI & MARGARETÆ ELSATIÆ, Comitum Flandriæ, Hannoniæ, & Marchionum Namurci, Comitatu Namurcenſi à Patre donatus; verum IOANNES major natu filius GVIDONIS Comitis Flandriæ, & ISABELLÆ LVCEMBVRGICÆ, Comes Namurcenſis, ad differentiam, illud in obliquum fregit, ſuper-impoſitâ coronâ, quam omiſſâ fracturâ poſteri ejus ſervarunt.

Porrò quia duplici connubio, ac tot jam annis, Flandriæ Namurcum fuerat conjunctum, eâ conditione vendidit illud IOANNES ne unquam à Comitatu Flandriæ ſepararetur, & ne alii totâ ditione Namurcenſi officio aliquo fungerentur, quam Namurcenſes & Flandri.

Vti ſigillum, ita quoque diplomatum præfationes exinde adauxit, addito iis Comitis Namurcenſis titulo; hac ratione: *PHILIPPE Duc de Bourgoingne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatin, & de Namur, Seigneur de Salins, & de Malines.* &c. *Donne en noſtre ville de Bruges le* 12. *jour de May* 1429. In arch. urb. Brug.

Exſtat hoc ſigillum pluries, litteris hujus & ſequentis anni appenſum: eoque ſunt obſignatæ tabulæ pactionis antenuptialis PHILIPPI & ISABELLÆ LVSITANÆ, quarum vidi hoc prooemio exemplar: *PHILIPPVS Dux Burgundie, Comes Flandrie, Arthesij, Burgundie, Palatinus, & Namurci, Dominus de Salinis, & de Mechlinia* &c. *Datum in villa noſtra de Eſcluſa, die ſexta menſis Ianuarij, anno Domini M.CCCC.XXIX.* Ibidem.

Eſt & anni 1130: *PHILIPPE Duc de Bourgoingne* &c. *Comme pour aider & ſecourir* &c. *au grand frais, miſſions, & deſpens, qu'il nous a conuenu, & conuient auoir, & ſouſtenir en pluſieurs, & diuerſes manieres, tant pour cauſe du ſiege, que, en noſtre perſone, tenons deuans la ville de Compigny, comme pour deboutter noz ennemys les Liegois de noſtre conté de Namur* &c. *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Donnes a Noyon, le XIIII d'Aougſt* 1430. *par Monſ. le Ducq. T. Boniſſeau.* Ibidem.

Per obitum Ioannis Namurcenſis PHILIPPO etjam obvênit Betunia, quam olim pater ejus Guilielmus cum Sluſâ commutarat; hujus titulum neque in ſigillis, neque in diplomatum exordiis uſpiam exprimit PHILIPPVS: quia videlicet continuò eam tradidit filio ſuo CAROLO Comiti Quadrilenſi.

Poſtquàm Ioannes Brabantiæ Dux filius Antonii, anno 1426, ab hominibus demigraſſet, eumq; anno 1430, 4. Auguſti, ſecutus eſſet frater unicus Philippus, uterque improles; PHILIPPVS hic noſter, etſi ejus eſſet hæres, utpote filius IOANNIS INTREPIDI, qui Antonii fuerat major natu frater, ſuperiore tamen diplomatum inſcriptione uti perrexit, ut animadverti in literis ab eo datis 12. Auguſti 1430, *a Louain* & 14 ejuſdem menſis &

In arch. urb. Brug. ſis & anni, *a Noyon*, quo bidui ſpatio ad Caſtra ſua Compendiana fuerat profectus.

Ideo verò non aſſumpſit adhuc titulos Brabantiæ &c. quia nondum tunc erat inauguratus; MARGARETA ſcilicet IOANNIS INTREPIDI ſorore, PHILIPPI amitâ, Guilielmi Bavari VI. Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Comitis &c. viduâ, Iacobæ Bavaræ matre propioris conſanguinitatis prætextu, remoram inaugurationi objiciente. Ea tamen demum peracta eſt 5. Octobris anno ſæculi decimiquarti trigeſimo: poſtquam diſcuſſis utrimque rationibus Brabantiæ Ordines PHILIPPO Principatum detuliſſent. Dehinc innovari ſigillum ejus, ſcutumque Brabantiæ & Limburgi Leonibus locupletari cœptum, hoc modo:





Inter

Inter ſolennia inaugurationis PHILIPPVS litteris datis, Ordinibus promiſit, ſe Limburgi Ducatum deinceps, & in perpetuum, Brabantiæ Ducatui annexurum, cauſaſque Brabantiæ, peculiari ſigillo, conſignaturum: quo Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Dux, & Marchio Imperii indigitaretur; id quod ſucceſſores ejus, Brabantiæ Duces, in hunc uſque diem, conſtanter obſervare perſeverant.

Diplomatum ejus capita, horum etjam titulorum acceſſione, creverunt; hac ratione: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, & de Lembourg, Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Namur, Marquis du S. Empire, Seigneur de Salins, & de Malines* &c. *Donné en noſtre ville de S. Omer le troiſieme d'Octobre, l'an de grace* 1430. In arch. urb. Gand.

Lotharingiæ Ducatus à LOTHARIO Iuniore, filio LOTHARII Imperatoris, nepote LVDOVICI PII, nomen accepit; qui, paternis provinciis inter fratres diviſis, eam regionem obtinuit, quæ ſuperiùs quidem eſt inter Moſellam & Moſam aut circiter, inferius verò inter eundẽ Moſam & Scaldem; *qui*, ut ait vetus chronicon: *a fonte ſuo vſque ad mare decernit Regnum Lothariense a Comitatu Flandriæ.* Vnde à ſcriptoribus diviſa, altera Moſellana, ſive ſuperior; altera Ripuaria, ſive inferior, eſt appellata. Apud du Cheine fol 51. Guin. preuves.

Hujus LOTHARII, cum ſtirps maſculina defeciſſet in Othone, filio Caroli, utriuſque Lotharingiæ Ducis, anno 1005, abſque ſobole defuncto; Imperatores, tam Inferioris, quàm Superioris Lotharingiæ Duces, creârunt, beneficii, ſive officii nomine Imperio obnoxios, quos pro libitu amoverunt; nonnullâ tamen portione relictâ Gerbergæ, Othonis ſorori, nuptæ Lamberto Montenſi, ſive Longicollio, Raginerii III. Comitis Hannonienſis fratri: Lovanio videlicet, Bruxellâ, Nivellâ, eoque tractu, qui Brachbantum appellabatur, ſitum ad alteram ripam Scaldis, Bruxellam uſq;: cujus partem etjam paterno nomine poſſidebat Lambertus.

Ex eo & Gerberga nati Henricus I. ejuſque frater Lambertus Barbatus, qui & Baldericus; itemque Lamberti filius Henricus II. & nepos Henricus III. nudo Comitis nomine ſunt uſi.

Priores duo ſubſcibunt diplomati BALDVINI noſtri INSVLANI, anno 1038, hoc modo: *Teſtes Henricus Comes, & frater ejus Lambertus.* Gand. in Ab. S. Pet.

In diplomate Ducis Godefridi, anni 1140: *Quas*, inquit; *decem prabendas bone memorie Lambertus Comes cum barba, in eadem Eccleſia* (Lovanienſi) *conſtituit.* Videlicet circa annum 1040. Lovanii in S. Petri.

In diplomate S. Lietberti, anni 1048: *Cum à Comite Henrico ſuper Eccleſia Brucſellenſi, in qua pater ejus Lambertus Comes Canonicos poſuerat, poſtularetur.* &c. *S. Henrici Comitis* &c. Brux. in S. Gudilæ.

In diplomate Godefridi Ducis ſupra: *Quæ Deus & larga manus Ducis Godefridi, fratris Henrici Comitis, qui Tornaci armis interiit, Eccleſie contulerit* &c. Lovanii in S. Petri.

Et in

In Abb. Afflegh em Et in altero ejus diplomate, anni 1125: *Ego Godefridus, Dei gratia, Dux Lotharingie, & Marchio* &c. *Haffligemenſem Eccleſiam, tam a me, quam a fratre meo Comite Henrico, fundatam ſcio.* &c.

Sigebertus, aliique hos Comites Louanii, aut Louaniæ appellant.

Ibidem. Verùm exſtat diploma Henrici III. mariti Gertrudis, filiæ ROBERTI FRISONIS, anni 1086, cum hoc initio: *Ego Henricus, diuina propitiante clementia Brachantenſis patrie Comes.* Adeò ut Godefridus Barbatus, Henrici III. frater, ex hac ſtirpe primus fuerit, qui ſe Ducem Lotharingiæ ſcripſit: quod factum an. 1106, aut circiter, non ratione patriæ Bracbantenſis, aut Louaniæ, qui idem fuit Comitatus; ſed quia ipſe defuncto Godefrido Bullionio, poſteaquam Henricus filius Valerami I. Comitis Limburgenſis Bullionii ſucceſſor, rebellaſſet, eo anno, ab Henrico IV. Imperatore, Lotharingiæ inferioris Ducatum, unaque Antuerpiam, quæ maxi·i· limes erat Imperii verſus Flandros & Friſios, accepit; quod poſtmodum confirmavit Imperator CONRARDVS.

Vnde & Henrico III. fratri ſuo in Comitatum patriæ Bracbãtenſis, ſive Louaniæ ſuccedens, utrumque, & Ducis, & Comitis titulum aſſumpſit. Ita enim diploma anni 1110: *Ego Godefridus, Dei gratia, Dux Lotharingia & Comes Louanienſis.* In Abb. Vorſt.

In Abb. Flirbec. Et anni 1125: *Ego Godefridus, Dei ordinatione, Dux & Marchio Lotharingie, atque Comes Louanie.*

In Abb. Bigard. Anni 1133: *Godefridus, diuina miſeratione, Dux & Marchio Lotharingie, & Comes Louanij.*

Quem poſteriorem titulum, quia Comitatus Bracbãtenſis aut Louanienſis ſub Lotharingia continebatur, ſæpè omiſerunt, ut in diplomate Affligemienſi, quod datum ſupra, anni 1125. Sic & filius ejus in diplomate ſuperiore, anni 1140, ſolummodo dicitur: *Godefridus Dux, filius Godefridi Ducis cum barba.* Ejuſq; nepos Godefridus III. qui & *in Cunis*, anno 1145: *Ego Godefridus Dei miſeratione Dux & Marchio Lotharingie.* Louanii in S. Petri. Iu Abb. Vorſt.

In Abb. Afflegh em Idem anno 1151: *Ego Godefridus, Dei gratia, Dux Lotharingie, tertius dignitatis hujus, ac nominis, hæres.*

In Eccl. S. Ioan. in Inſ. Leod. Verum anno 1174: *Godefridus, Dei gratia, Dux Lotharingie, & Comes Louanie.* Anno 1179, diploma continens matrimonii contractum inter Henricum filium ejus & Machthildem filiam MATTHÆI ELSATII, neptem PHILIPPI, ita incipit: *Hæc eſt conventio facta inter Comitem Flandrie PHILIPPVM, & Ducem Louanie Godefridum.* &c. CL. D. Miræus Antuerpienſium Decanus, qui hoc, aliaque edidit, atque diplomatum ſuorum quatuor libris publicatione, Belgicam Hiſtoriam mirum in modum elucidavit, notat huic diplomati adeſſe ſigillum cui ita circumſcriptum: *Godefridus Dei gratia Dux Lotharingie.* Not. Eccl. Bel. c. 167.

Ex S. Gomari Lira. Adfertur ab eodem & hoc Godefridi III. anni 1174: *Ego Godefridus Dux Louanienſis tertius hujus nominis* &c.

Godefri-

Godefridos tres, totidem exceperunt Henrici Duces; quorum primi diploma eſt hoc initio anni 1180: *Ego Henricus Dux Lotharingiæ, notum facio vniuerſis, quod* &c. *Godefridus Dux, pater meus* &c.

In S. Gomari Liræ.

Item anni 1197: *Henricus Dei gratia, Dux & Marchio Lotharingiæ* &c. *iturus Hieruſalem* &c.

In Abb. Vorſt.

Anni 1202: *Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ & Marchio Romani Imperij.*

Antuerp. in D Virg

Et 1233: *Henricus Dei gratia, Dux Lotharingiæ.*

In Abb. S. Bernard.

Sic & anni 1235, quo obiit.

Ibidem.

Henricus ejus filius, patre adhuc vivente ſcripſit annò 1234: *Henricus Major filius Ducis Lotharingiæ, & Brabantiæ.*

In Abb. Bigard.

Idem 1244, patre defuncto: *Henricus Dei gratia, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.* Pro eo ſcilicet quod ſuperiùs pater: *Dux Louaniæ aut Louanienſis.* Quòd deinceps planè continuavit: ex Brachbant facilitatis ergò vernaculè factâ voce Brabant/ atque inde Brabantia; quo nomine Lotharingia Inferior dicta, vt à Superiore, vetus nomen etjamnum hodie retinente, dignoſcatur, penes Principes tamen titulo Lotharingiæ ſemper remanente.

Lovan. in S. Gertrud

Henricus III. non aliter ſcripſit ac pater, anno 1258: *Nos Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.*

Lovanii P. Prædicat.

Sic & ejus vidua anno 1263: *Aleidis, Dei gratia, Lotharingiæ & Brabantiæ Duciſſa* &c. *Cum claræ memoriæ, Dominus Henricus, Dei gratia, tunc illuſtris Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, maritus noſter cariſſimus* &c.

Ibidem.

Henricos tres, ſubſecuti tres Ioannes, quorum primus Henrici III. filius, etjam ſibi Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis titulum adſcripſit, hoc modo, anno 1280: *Ioannes Dei gratia, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.*

Arch. urb. Aquisgra.

Vidi & gallicum ejus diploma, anni 1283, hoc proœmio: *Nous Iean par la grace de Dieu, Dux de Lothering & de Brabant, Robiers Cuens de Neuers, Sires de Betune, & de Tenremonde* &c.

Gand. in arch Flan.

Quo anno, abſque prole, mortuâ Ermengarde filiâ & hærede unicâ Waleranni Ducis Limburgenſis, Henrici IV. Ducis Limburgenſis & Cunigardis Comitiſſæ Montenſis ad Rhenum filii, nuptâ Rainoldo Comiti Geldriæ, qui dotis nomine Limburgum urbem regionemque occupabat; Adolphus Comes Montenſis ad Rhenum, filius Adolphi, Walerani fratris, adeoque Ermengardis proximus hæres, omne ſuum ad hunc Ducatum jus vendidit Ioanni; quod ex litteris ejus apparet, eâ de re, tum ad ſubditos ſuos, tum ad RVDOLPHVM Imperatorem datis, anno 1282.

Ioannes cum an. 1288 Rainoldum prœlio Woroncano ſuperaſſet, in Limburgum jus abſolutum obtinuit, Geldro etjam quicquid juris habebat concedente; eaque ratione Limburgum, Lotharingiæ ſive Brabantiæ eſt annexum, Ducatus nomine; ab eo nimirum tempore, quo Henricus Comes Limburgenſis atavus Henrici IIII. cum ab aliis ex-Dux Lotharingiæ diceretur, ſe Du-

cem

cem ſcripſit Limburgi, circa annnm 1106, de quo ſuprà.

Gand. in arch. Flan.

Vnde poſtea Ioannes Limburgum Ducatum titulis ſuis adjunxit. Vidi enim diploma, anni 1290; hoc exordio : *Nous GVIS Cuens de Flandres & Marthis de Namur; Iehans par la grace de Dieu Ducs de Loth. de Brabant & de Lembourg; & Robiers aiſneu fils audit Conte de Flandres, Cuens de Nevers.*

Ibidem.

Item anni 1306 : *Nous ROBIERS Cuens de Flandres; & nous Iehans par la grace de Dieu, Duc de Lothier, de Brabant, & de Lembourg; & nous Willaumes, par celle meſme grace, Cuens de Haynau, de Hollande, de Zelande, & Seigneur de Friſe* &c. ROBERTO, qui antè, ut Comes tantùm Nivernenſis, Ducem Brabantiæ ſequebatur, nunc eundem, ut Flandriæ Comite, præeunte, quod & in contractu matrimoniali anni 1179, ſuprà, & in titulis MALEANI obſervatum eſſe, animadverti.

In arch. urb. Dieſt.

Ioannes II. ſcripſit ut pater; ſic & Ioannes III. ejus filius, cujus exſtat diploma, anni 1333 : *Nos Ioannes Dei gratia, Lotharingie Brabantie, & Limburgi Dux.* Hi tamen in ſecundario ſigillo titulum Marchionatus reſumpſere, atque ita ei circumſcripſere : *Marchio Sacri Imperij.* Quo nomine continetur Regio circa Antuerpiam, Pagus Rienſis dictus, ad Bergam & Bredam uſq;. Hoc titulo & anni 1339 habeo Ioannis III. diploma continens unionem Brabantiæ cum Flandria impreſſam Delphis an. 1579, hoc initio : **Wy Jan/ byder gratie ons Heeren/ Hertoch van Lotherijc/ van Brabant/ van Limborgh/ ende Marc-Grave des Heylichs Rijcx.** In latino legitur : *Ioannes Dux Lotharingie & Brabantie, & Marchio.*

Mir. in dipl. B. l. 1. c. 97.

Wenceſlaus I. Dux Luxemburg. an. 1354 ſociatâ ſibi Ioannâ, Ioannis III. filiâ & hærede, idem etjam obſervavit. Vidi enim ejus diploma, quo tradit urbem Antuerpienſem MARGARETÆ MALEANÆ, ut ſupra, anno 1357, hoc initio : **Wenceſlaz van Behem/ byder gratien Godts Hertoghe/ ende Jehanne/ byder ſelver gratien Hertoghinne van Lucemb. van Lothr. van Brabant/ van Lymb. ende Marc-Grave des Heylichs Rijcx.** Ioannam excepit Antonius, ejuſq; filii, ut dictum; qui conſtanter ſe Duces Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, & Marchiones S. Imperii appellarunt. Quas provincias dum PHILIPPVS noſter eorum hæres, ſuis adjungit, non habitâ ratione valoris earum aut excellentiæ, titulorum ordinem eſt ſecutus, atq; Ducatus omnes præmiſit, dein Comitatus, Marchionatum, & Dominia; more Gallico, de quo Chaſſenæus in catalogo gloriæ mundi, & ferè eo ordine, quo Ducatum quemque, aut Comitatum, eſt adeptus.

Gand. in arch. Flan.

Par. 5. conſid. 45. 46.

L. 4. f. 107. L. 1. c. 94.

Vnde Heuterus in rebus Burgundicis errauit, & ex eo in diplomatibus Belgicis D. Miræus; PHILIPPI diploma, quo anno 1431 confirmat ordinem Equitum Aurei Velleris, Brugis inſtitutum 10. Ianuarii 1429, inchoantes, hoc modo : *PHILIPPVS Dei gratia Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Comes Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, Namurci, Palatinus, Marchio S. Imperij, Dominus*

minus Salinarum, ac Mechliniæ. Rectè Meyerus in annalibus Flandriæ habet: *PHILIPPVS Dei gratia* &c. *Palatinus & de Namur*; ſic & in annalibus Brabantiæ Haræus. An. 1419 fol. 247. fol. 408.

Ab hujus Ordinis inſtitutione, cujus Princeps erat PHILIPPVS, quia torques, à quo Colchicum vellus dependet, concatenatus eſt aureis ignilibus, ſilici alliſis, & ab his diſſilientibus undique ſcintillis; ejuſmodi ornamenta ſequentibus exhinc ſigillis apparebunt impreſſa. Cæterum PHILIPPI ſcutum militare pereleganter, deſignatis ad vivum coloribus, deſcribit, ſuprà memoratus D. Ioannes Iacobus Chiffletius, tum in hoc, tum in omni alio ſcientiarum genere verſatiſſimus, in eo libro, quem, *de inſignibus Equitum Aurei Velleris*, aureæ ſuæ, de illo Vellere, hiſtoriæ, propediem (ut optamus) edendæ, præmiſit. *Scutum* inquit, *militare PHILIPPI BONI fuit quadripertitum. I. & IV. quadrans cæruleus, lilijs aureis ſparſus, limbo circumducto, ex argento & coccino, angularibus compoſito. II. ab ſummo bipertitus: dextra pars ſexies auro & ciano obliquè dextrorſus faſciata, margine coccineo. Siniſtra furva, aureo leone, linguâ & falculis miniatis impreſſa. III. etjam bipertitus: pars dextra Burgundiæ veteris ſymbolo exarata: ſiniſtra argentea, cum Leone coccineo, coronâ & falculis aureis, linguâ cæruleâ, caudâ biſſidâ, in decuſſim trajectâ.* Fol. 1.

Sub hæc quoque tempora PHILIPPVS fecit ſibi alterum ſigillum ſecretum, Velleris Aurei notis etjam exornatum.



Appreſſum id vidi litteris anni 1430; eodem, quo ſuperiores; prologo gallico: hoc verò epilogo: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le 15. jour de Decembre l'an de grace, 1430. ſoubz noſtre ſeel de ſecret en l'abſence du grand. Par Monſeigneur le Duc. I. Chapuys.* In arch. urb. Brug.

Suppeditavit mihi & CL. D. I. Chiffletius perexiguum, binis characteribus p & p vinculo intermedio innodatis, quibus nomina deſignantur PHILIPPI & YSABELLÆ LVSITANÆ, PHILIPPO Brugis nuptæ, eo ipſo die, quo Ordo Velleris Aurei

H fuit

fuit inſtitutus, hac formâ: 

Erat impreſſum hoc ſigillum litteris, propriâ PHILIPPI manu, ad quendam nobilem nomine Boulogne, conſcriptis. Vnde ſuſpicor illud epiſtolis dumtaxat obſerandis ſerviviſſe.

Anno 1435 pax Atrebati, totâ pœnè ad id connitente Europâ, tandem coaluit, inter PHILIPPVM & CAROLVM Franciæ Regem interfecti IOANNIS INTREPIDI Reum; biſce inter alias legibus: ut Comitatus Maſconenſis, fani S. Gaugonis, Auxerræ ad Sequanam, & Caſtellania Barrenſis PHILIPPO ejuſq; poſteris, nullo ſexus diſcrimine; itemque Civitates: Perona, Mondiderium, & Roia, cum omnibus appendicibus eidem PHILIPPO, ejuſque hæredibus, in recta linea, maribus tantùm, cedant, jure perpetuo poſſidenda; præterea jura & emolumenta Regia civitatum Lingonum, Heduorum, & Catalaunenſium, Ducibus Burgundiæ accedant. Vt Rex Ioanni, Philippi filio, Comiti Stampenſi, Stampas & Guiennam, per IOANNEM Burgundię Ducem à Duce Biturigum emptas, reſtituat, & ſecurè poſſidere patiatur. Vt opida, utriq; Somonæ fluvii ripæ, injecta, SS. Quintini, & Richarii Fana, præterea Corbeia, Ambianum, Abbę-villa cum Comitatu Pontiaco, Dorlanum, Creveceurium, Allueſium, Mortanga, PHILIPPO à Rege tradantur; donec ea per Regem Franciæ, ejuſve ſucceſſores, quadringentis aureorum liliorum millibus, redimantur.

Anno hanc pacem præcedente, quòd Bavara conditionibus antè cum PHILIPPO pactis non ſtetiſſet, clanculùm nupta Franconi Borſalio; priuſquam maritum Rupelmondæ captivum recepit, novum cum eâ fœdus eſt percuſſum; eóque Bavara PHILIPPO Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, & Friſiam integrè & perpetuò reſignavit, retentis ſibi dumtaxat Zuyt-Bevelandiâ, Tholâ, Brielâ, Vornâ, omnibuſque in Hollandiâ & Zelandiâ vectigalibus, & portoriis, atque in Hannoniâ, Oſtrobandiæ Comitatu.

In arch. urb. Brug. Quocirca diplomatum ejus exinde editorum frontes auctæ ſunt, iiſque ita cœptum inſcribi; anno ipſo 1434: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Limbourg; Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, de Hainau, de Hollande, de Zelande, & de Namur; Marquis du Sainct Empire; Seigneur de Friſe, de Salins & de Malines. Donne en noſtre ville de Gand, le 20. jour de Iuin, l'an de grace 1434.*


Sic & Flandricè paſſim: PHILIPS, bijder gratie Godts/ Hertoghe van Burgundien/ van Lothr. van Brabant/ van Limborg/ Grave van Vlaendren/ van Artois/ van Burgundien/ Palatin/ van

Hene-

Henegauwe/ van Hollant / van Zeelant/ende van Namen/ Marc-Grave des Heylighs Ryck/ Heere van Vrieſlant/ van Salins/ eñ van Mechelen.

Sigillum quoque ejus ab hoc tempore mutatum eſt, earumq; ditionum titulis auctum; id vidi apud Piſcarios Brugenſes, hâc inſcriptione: *PHILIPPE* &c. ut ſuprà. *Donné en noſtre ville de Lille le XXII. jour du mois Iulet M.CCCC.XXXIV.* In eorum archivis





Sic & anni 1435: *Donné en noſtre ville de Bruges le premier jour de Mars.* In arch. urb. Brug.

In arch. urb Brug.

Anni etjam 1436: *A Bruges le X X V. jour du mois de Mai.*

Ibidem

Vidi & ejuſdem anni: PHILIPS &c. Vt ante. Ghegheuen in on'e Stede van Ypre/ deu twaelfſten dach van Wedemaent/ in't jaer ons Heeren M. C C C C. X X X V J. By mijn Heere den Hertoghe. J. Wielant.

Hoc anno Iacoba Bavara Guilielmi VI. Comitis & MARGARETÆ BVRGVNDÆ filia unica, Alberti Bavari Hannoniæ, Hollandiæ &c. Comitis, neptis, ex quatuor viris nullâ unquam prole conceptâ, fato concedens, unum hunc PHILIPPVM Alberti Bavari, ex Margaretâ ejus majore natu filiâ, nepotem, non extantibus Alberti liberis maſculis, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ, in ſolidum, reliquit hæredem. Cui & poſtmodum anno 1443 FREDERICVS Imp. Veſontione ceſſit omni jure, quod in illas provincias, Brabantiamque habebat.

Hannonia, Flandriæ ac Brabantiæ contigua Regio, varios antiquitùs habuit Comites, ac nominatim Raginerios quatuor; horũ Quarti filia RICHILDIS, nupta BALDVINO INSVLANI filio, Hannoniam Flandriæ conjunxit. Idē præſtitum nuptiis MARGARETÆ ELSATIÆ, cum BALDVINO Hannoniæ Comite; de quibus ſuprà. Nunc eadem, poſtquam in favorem IOANNIS AVENIENSIS, à Flandria fuiſſet avulſa, ab ejus poſteris denuo ad eandem redit.

Hollandia, Friſiæ pars fuit, uti dictum, neque alio quàm Friſiæ nomine appellata, uſque ad Theodoricum V. qui victo Conrado Epiſcopo Vltrajectenſi, & recepto ejus Caſtro Iſelmondano, more veterum Friſonum, à populo in Comitem eſt ſublimatus,

In Abb. Egmond.

circa annum 1076; primuſque diplomati ſuo inſcripſit: *Theodoricus Hollandienſium Comes* Anno 1083; cùm cæteri, ante eum, nudo Comitis titulo fuerint contenti. Nam ita Arnulphus ejus pro-

Gand. in S. Petri

avus in initio diplomatis ſui anni 998: *Ego in Dei nomine Arnulphus gratia Dei Comes unà cum conjuge Lietgarda* &c. Cui ita ſubſcribit Theodoricus ejus avus: *Signum Theodorici Comitis filij Ar-*

Apud Hedáto 295.

nulphi Comitis. Eſt & Theodorici mentio in diplomate HENRICI III Imp. anni 1064; hac ratione: *A Theodorico Comite ejuſque filijs.* Sic & de aliis alibi.

Theodoricus VI. non *Hollandienſium*, ſed *Hollandia* ſe Comi-

In Abb. Reinſ u.g

tem ſcripſit, anno 1199, hoc modo: *Ego Theodoricus Dei gratia Comes Hollandia* &c. Quod & reliqui obſervârunt, ad WILHELMVM uſque Romanorum Regem, cujus diploma vidi, anni 1248;

Gand in arch. Han.

hoc initio: *Ego Wilhelmus, Dei gratia, in Regem Romanorum electus, ſemper Auguſtus, Comes Hollandie.*

WILHELMO, à Friſiis ulterioribus, occiſo, ac GVIDONE, Comite Flandriæ, ejuſque fratre IOANNE, Domino de Dampetra, in carcere Hollandico detentis, anno 1256, cum Florentio WILHELMI fratre, ejuſq; filii FLORENTII Tutore, ita conventũ, ut pupillus uxorem duceret BEATRICEM, filiam GVI-

DONIS

DONIS; cedentibus in dotem inſulis, quæ cis Scaldem. Hæ, quod inſtar continentis eſſent in mari, Zelandicæ dici cœperūt; cum antea Friſico nomine continerentur. Erant verò: Walcra, Bevelandia utraque, Borſalia &c. ex quibus, aliiſq; ultra Scaldem ad Imperium, aut Comitatum Hollandiæ pertinentibus, conflatus eſt Zelandiæ Comitatus, Leonis è mari emergentis teſſerâ inſignitus; condictumque, ut Zelandiæ Comites, Flandriæ Comitibus, de iis Inſulis, quas cis Scaldem poſſiderent, fidei ſacramentum dicerent, redituris ad Comites Flandriæ, defectu ſobolis è FLORENTII ſtirpe: unde, anni 1272, diploma eſt FLORENTII hoc titulo: *Florentius Comes Hollandie, & Zelandie.* In arch. urb. Gand.

Poſtmodùm, ſubactis à IOANNE, FLORENTII hujus & BEATRICIS filio unico, Friſiis Orientalibus; & ab Occidentalibus factâ deditione; ſcripſit IOANNES, ut vidi in ejus diplomate anni 1298: Jan Grave van Hollandt/ van Zeelandt/ ende Heere van Vrieſlandt. Videlicet Dominus Friſiorum effectus, demptâ iis avitâ libertate. Gand. in arch. Flan.

IOANNE verò abſque prole defuncto anno 1300, Zelandiæ pars, citra Scaldem, rurſus ad Comitem Flandriæ, ex pacto rediit; eamque GVIDO Comitatus titulo dedit GVIDONI filio ſuo, natu ſecundo, ex ISABELLA LVXEMBVRGICA; cujus diploma, vidi hoc initio; anni 1309: *Nous GVYS de Flandre, Cuens de Zelande.* Ibidem.

Quo tempore, cum Guilielmus Comes Hannoniæ, nepos IOANNIS AVENIENSIS, & ALEYDIS, ſororis WILHELMI Imperatoris, etjam ſibi Zelandiæ Comitis titulum adſcriberet, nova bella fuerunt exorta: quæ demum pace anni 1322 ſunt ſopita, Zelandiâ totâ penes Hollandum remanente, de quo ſuprà.

Porrò quamvis PHILIPPVS accedentibus Hannoniâ, Hollandiâ, Zelandiâ & Friſiâ, ſigillum majus immutarit, non tamen ſecretum, quod, Brabantiam adeptus, aſſumpſit. Nam idem adhuc ſigillum reperio diplomatibus horum quoque temporum fuiſſe appreſſum, & nominatim diplomati anni 1436, eodem cum ſuperiore principio; tali verò fine: Ende des t'oorconde hebben wy onſen heymelicken ſeghel/ in abſentie van onſen grooten ſeghel hier aen doen hanghen. Ghegheuen in onſe Stadt van Ghendt/ den 18. October 1436. In arch. urb. Brug.

Item alteri ejuſdem anni: Ende ten ende dat dit vaſt/ ende ghestaedigh blijue t'eeuwighen daeghen/ ſoo hebben wy deſen onſen brief ghedaen ſeghelen/ met onſen ſeghele van ſecrete/ inde abſentie vanden grooten. Ghegheuen in onſe Stede van Ghendt den 17. dach van Octobre in t'jaer ons Heeren 1436. Ibidem.

Gallicè item anno eodem: *Donné en noſtre ville de Bruges, le 24. jour de Decembre, l'an de grace 1436. ſoub le ſeel de ſecret, en l'abſence du grand.* Item adhuc anno 1439: *Donné en noſtre ville de S. Omer, le derrenier jour de Feurier, l'an de grace 1439 ſoub noſtre ſeel* Ibidem. Ibidem.

ſeel ſecret, en l'abſence du grand.

Ibidem. Quin & in annos 1450, & 1451, 1455 perduraſſe hujus ſigilli uſum, reperio, diplomatibus gallicis, ſub eadem cum ſuperiore formulâ, appenſi.

Anno 1456, aut circiter, PHILIPPVS, cognoſcendis appellatione ſubditorum ſuorum litibus, ne Pariſios cogerentur amplius provocare, Concilium creavit, cujus Senatores, aulæ ſuæ, ſibique, quò quò moveret, ſemper adeſſent: ut videlicet, ſi quæ majoris momenti occurrerent, ſuo quoque ipſius judicio terminaret.

Ibidem. Anni 1456 exſtat adhuc ejus diploma cum initio, ut ſupra, & hac concluſione: *Donné en noſtre hoſtel a la Haye de Hollande, le 17. de Iuin 1456. Par Monſeigneur le Duc. L. Meſdagh.*

Ibidem. Verum anni 1457: *Donné en noſtre ville d'Arras, le 11. jour de Mars 2457. Par Monſeigneur le Duc, l'Eueſque de Toul, & aultres preſens. A. Michiel.*

Ibidem. Anni 1458: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le 15. de Febr. 1458. Par Monſeigneur le Duc en ſon conſeil, ou quel l'Eueſque de Toul, le Seigneur de Croy, le Mariſchal de Bourgoingne, le Gouuerneur de Lille, le Iuge de Beſançon, & d'aultres eſtoint. P. Milet.*

Ibidem. Anni 1460: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le 27. d'Aougſt 1460. Par Monſeigneur le Duc, l'Eueſque de Toul, le Syre de Croy, & le Mariſchal de Bourgoingne, preſens. G. Dommeſſent.*

Ibidem. Anni 1463: *Donné en noſtre ville de Bruges, le 12. de Decembre 1463. Par Monſeigneur le Duc en ſon conſeil, ou quel le Chancellier de Brabant, le Preſident de Bourgoingne, Piere Bladelin maiſtre d'Hoſtel, Iean Ieaquelin, & aultres eſtoint. N. de Moleſmes.*

Ibidem. Anni 1464: *Donne en noſtre Chaſtel de Heſdin, le dernier de Iuin 1464. Par Monſeigneur le Duc, l'Eueſque de Toul, Piere Bladelin Seigneur de Middelbourg. M. Iean Ieaquelin, & aultres preſens. G. Dommeſſent.*

Ibidem. Anni 1465: *A Bruxelles, le 24. de Febr. 1465. Par Monſeigneur le Duc, vous, le Sire de Montigny, Pierre Bladelin, & pluſieurs preſens. G. Hautain.*

Ibidem. Anni 1466: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le 13. jour de Maÿ 1466. Par Monſeigneur le Duc, vous, le Sire de la Rache, Meſſire Michault de Changy, Seigneur de Chiſſey, & aultres preſens. S. de le Kerreſt.*

DuCheſne hiſt. Verg. f. 170. Anni ſequentis litteræ ejus exſtant ad Carolum Vergiacum, clauſulâ tali: *Eſcript en noſtre ville de Bruges, le 1. jour de Iuin, l'an M.CCCC.LXVII. PHILIPPES. N. de Moleſmes.*

Idem annus 1467 PHILIPPVM, ditiſſimum ſui ſæculi Principem, ditionibus omnibus, atque opibus, cum vitâ privavit, poſtridie idus Iulii, Brugis. Conditum in D. Donatiani corpus, inde, mortuâ uxore ejus ISABELLA anno 1473, Divionem eſt tranſlatum.

Obvênit

Obvênit mihi in Belgio ſigillum, qûo, PHILIPPI diplomata, Gand in.
in curia Ducatus Burgundiæ edita, fuerunt munita. arch Flan.



Inſcriptiones diplomatum ibidem editorum, conſonant ſuperioribus, pro tempore videlicet acquiſitarum provinciarum.

Idem factitatum reperio in curiâ Comitatus Burgundiæ, Poligniaci, ubi hoc ejus uſitatum fuit ſigillum. Ibidem.



CAROLVS AVDAX, PHILIPPI BONI filius, COMES FLANDRIÆ, XXIX. Anno 1467.

DVdum ante PHILIPPI Patris mortem, CAROLVS in diplomatibus ſuis ſe Comitem Quadrilenſem, & Caſtri Belini Dominum ſcripſit, iis ditionibus à Patre donatus jam inde ab anno 1433, atque eo die, quo ſacro fonte eſt expiatus; ſimplice verò uſus eſt ſigillo.



Poſtmodum in diplomatum titulis addidit & Betuniam, à Ioanne Comite Namurcenſi profectam, cum ſigillo ſuperiore; ut vidi Brugis apud hæredes D. Baradotii ejus Conſiliarii, hoc modo:
Apud. D l. Andræ. *CHARLES de Bourgoingne Conte de Charolois, Seigneur de Chaſteau Belin, & de Betune* &c. *Donné a Bruxelles le* 27. *iour du mois d'Octobre* 1462.

Titulo Comitis Quadrilegii ſubſcribit vnioni Principum factæ
In arch. urb. Brug. anno 1464; cujus hoc initium: *CHARLES fils & frere du Roy de France, Duc de Normandie; Francois Duc de Bretaingne; Iean Duc de Calabre, & de Lorayne; CHARLES de Bourgoingne, Conte de Charolois; Iehan Duc de Bourbonnois, & d'Auuergne; Iaques Duc de Nemours, Conte de la Marche; Iehan Conte d'Armigniac; Loys de Luxembourg, Conte de S. Pol; Conte d'Alebret; & Iehan Conte de Dunois* &c.

An. 1465 à Patre ſeptuageſimum ætatis annum agente, provinciarũ omnium gubernaculo admotus, hunc item titulum ſuis adjecit; cum enim ſic video ſcripſiſſe ad Carolum Vergiacenſem anno

anno 1467: *CHARLES Conte de Charolois, Seigneur de Chaſteau Belin, & de Betune, fils & Lieutenant General de PHILIPPE Duc &c. Eſcript a Gand le 11 jour de Iuin, l'an LXVII. CHARLES. Gros.* DuCheſne hiſt. Vergy f. 171.

Charoleſium, & Caſtrum Belinum, quod jam quinquaginta & amplius annis CAROLVS, ejuſque pater, tenuerat, itemque Betuniam, in titulis impoſterum omittit; quòd prius ſub Ducatu Burgundiæ, alterum ſub Comitatu, tertium ſub Arteſiâ comprehendantur; quas Provincias, cum aliis ditionibus, CAROLVS adiit Patris ſui morte.

Anno 1409 Eliſabetha Luxemburgica, filia Ioannis Ducis Gorlicii, & Marchionis Brandenburgici, neptis CAROLI Bohemiæ Regis, & IV. Imperatoris, poſt mortem Ioannæ Luxemburgicæ; nubens ANTONIO Brabantiæ Duci, fratri IOANNIS INTREPIDI, à WENCESLAO Imperatore, & SIGISMVNDO avunculis ſuis, Ducatu Luxemburgico fuerat dotata.

Hæc dum in grandævâ ætate circa annum 1443, ab illius Regionis popularibus, imperium ejus, diu poſt mariti mortem, detractantibus, graves ferre injurias, & præcluſis ei aliquot urbium portis, propemodùm exulare cogeretur; PHILIPPVS vocanti materteræ cum exercitu ſuppetias profectus, eam non modò in Ducatum reſtituit, Luxemburgenſibus illius imperio planè ſubjectis; verùm etjam ulteriùs adverſus Guilielmum Brunſuicanum, qui Annam ALBERTI AVSTRIACI, ex Eliſabetha filia prædicti SIGISMVNDI, filiam duxerat, quique donationem Soceri ſui, Eliſabetę Luxemburgicæ factam, invalidam eſſe contendebat, armis defendit.

Quare ab Eliſabetha poſtmodum, proles non habente, Luxemburgo eſt donatus, illâ ſibi, in annos ſingulos, decem millia florenorum reſervante. Hujus Ducatus, ut quietam ſibi deinde, & abſolutam poſſeſſionem ſtabiliret, prædicto Guilielmo Brunſuicano vitâ perfuncto, à Tutoribus Guilielmi Iunioris ejus filii, omnem, quam in hunc Ducatum prætendere Guilielmus poterat actionem, emit, Ordinibus provinciæ in eam quoque ſententiam euntibus.

Noluit tamen PHILIPPVS, hujus Ducatus titulo priùs uti, quàm ELISABETHÆ uxoris CASIMIRI Poloniæ Regis, Annæ Brunſuicanæ Sororis, jus omne ad eundem Ducatum, ſibi quoque, ſuiſque, emiſſet.

Id verò cùm PHILIPPVS pater non præſtitiſſet, CAROLVS, inter prima ſui regiminis auſpicia, eſt executus.

Igitur cæteris provinciis à patre acceptis, Luxemburgum adnumeravit, ejuſque titulum in ſigilli ambitu deinceps inſeruit, poſt cæteros Ducatus; ſcuto gentilicio nihil á ſcuto PHILIPPI Patris diſcrepante, quod ſupra C L. D. Chifletius graphicè depinxit; reliquis etiam inſignibus non immutatis, niſi quod coronati

ronati leonis loco, qui Namurcum in ſigillo Patris denotavit, hic, tam in potiore, quàm in altero ſigillo, leo ponatur abſq; coronâ, ut eo videlicet & Hannonia, & Hollandia ſignificari poſſit.





In arch. urb. Brug. Ita quidem ſigillo; diplomatibus verò ſic inſcriptum: *CHARLES par la grace de Dieu, Duc de Bourgoingne, de Lothr. de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, Conte. de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne*

goingne, Palatin, de Haynau, de Hollande, de Zelande, & de Namur; Marquis du S. Empire, Seigneur de Friſe, des Salins, & de Malines. En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Donné en noſtre uille de Bruxelles le 13 *jour d'Octobre* 1467. *par Monſeigneur le Duc. G. Batault.*

Ejuſdem prooemij vidi quamplurima CAROLI diplomata concluſione plerumque diuerſâ.

Anni 1467: *donné en noſtre ville de Bruges. le ix jour d'April, l'An* In arch.
de grace 1467 *avant Paſques; par Monſ. le Duc. I. Gros.* urb Brug.

Anni 1468: *Donné en noſtre cité de Liege le viij. jour de Novem-* Brug. in
bre 1468 *par Monſeigneur Le Duc. Batault.* hoſpitali

Anni ejuſdem: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le xiij. de Mars* In arch.
1468. *par Monſ. en ſon conſeil. I. Gros.* urb. Brug.

Anni 1469: *Donné en noſtre hoſtel a la Haye en Hollande, le premier jour de Septemb. l'an de grace* 1469. *par Monſeigneur le Duc; vous preſent. I. Gros.* Ibidem.

Anni ejuſdem: *Donné en noſtre hoſtel a la Haye en Hollande, le viij. jour de Septembre, l'an de grace* 1469. *par Monſeigneur le Duc, a la relation du conſeil. Dommeſſent.* Ibidem

Anni ut ſupra: *Donné en noſtre ville de Gand le penultiſme jour de Ianuier, l'an de grace* 1469. *par Monſeigneur le Duc, S. de le Kerreſt.* Ibidem.

Anni 1470: *Donné en noſtre champ lez Amiens, le xx. jour de Mars l'an de grace* 1470, *par Monſeigneur le Duc, les gens des Finances, & aultres preſens. I. Gros.* Ibidem.

Anni 1471: *Donné en noſtre ville d'Abbeville, le xxvij. jour de Iuing l'an de grace* 1471 *par Monſeigneur le Duc, à la relation du Conſeil. A. de Halewyn.* Ibidem.

Anni 1472: *Donné en noſtre ville de Bruges, le dernier jour d'April* 1472, *par Monſeigneur le Duc, le Prevoſt de S. Donas de Bruges, le Protonotaire de Clugny, & aultres preſens. T. Barradot.* Ibidem.

Adhibuit & diplomatibus ſuis ſigillum minus abſque adverſario ſigillo, quod ſecretum dicebatur, eoq; ferè uſus eſt in caſtris.



Vidi

In arch. Ianiorum Brugeſ. Vidi id appenſum diplomati, cujus idem erat procemium quod ſuprà; finis verò hujuſmodi: *Donné en noſtre Chaſtel de Heſdin, au mois de Ianuier* 1470.

Gand. in arch. Flan. Item aliud quod deſinebat hoc modo: *Donné en noſtre champ deuant la ville de Beauvais, l'an de grace* 1472.

Hoc anno 1472, dum CAROLVS inſtigante ſummo Pontifice PAVLO SECVNDO, & FREDERICO Imperatore, Arnoldum Egmondanum Geldtiæ Ducem, & Zutphaniæ Comitem à filio ſuo Adolpho, jam ſex annos iu carcere detentum, non modo libertati, verùm etjam dignitati priſtinæ reſtituiſſet: Arnoldus Ducatum illum, & Comitatum CAROLO vendidit, filio ſuo exhæredato; ea venditio, tum ab Arnoldo poſtea teſtamento, tum ab Aurei Velleris Proceribus, comitiis Valencenenſibus anni 1473, eſt confirmata. Emit præterea CAROLVS quidquid juris in illum Ducatum haberet Gerardus Iuliacenſis In aſſert. Iur. Geld. f.41.verſo. *pro & mediante octoginta millium florenorum Rhenenſium ſummâ, monetæ Electorum Imperij*, ut eſt in diplomate Gerardi anni 1472; cui Guilielmus major natu, & Adolphus, filii ejus, ſubſcribunt; Imperatore FREDERICO omnia confirmante litteris ſuis, datis Treviri ſextâ Novembris 1473; Regnorum ſuorum, Romani 34. Imperii 22. Hungariæ 15. Ibidem. f.45.verſo.

Fuit verò Geldria Comitatus ad annum uſque 1339; quo Rainaldus II. filius Reinaldi I, & MARGARETÆ GVIDONIS noſtri filiæ, à LVDOVICO IV. BAVARO Imperatore primus Dux Geldriæ eſt nominatus.

Zutphania autem Geldriæ addita, jam inde à temporibus Othonis, primi Geldriæ Comitis ab HENRICO III. Imperatore creati anno 1079; cujus uxor Sophia, hæres unica Wichmanni Comitis Zutphanienſis, peperit Gerardum Comitem Geldriæ, poſtquàm è priore marito genuiſſet Mathildim Zutphaniæ Comitiſſam, ex quâ natus Henricus, improles, Zutphaniam ad Gerardi Comitis Geldriæ filium Henricum, patruelem ſuum, tranſmiſit; cujus poſteri utramque Provinciam tenuerunt Comitatus nomine, donec anno 1339 Rainoldus (ut ſupra dictum) à LVDOVICO Imperatore, primus Geldriæ Dux eſt creatus.

Tam Geldriæ verò quàm Zutphaniæ inſignia leonem etjam habent unguibus in proximos inſurgentem; flavi coloris hunc geſtaſſe in ſcuto cœruleo traditur Otho primus Geldriæ Comes.

Quæ dum conſidero attentiùs, video in Germania inferiore Theotiſcâ linguâ utentes, à Morinis ad Eburones uſq;, qui Franci ſeu Friſii, ſunt appellati, ab omni antiquitate leonem in inſignibus habuiſſe; videlicet Flandros, Brabantos, Hollandos, Geldros, Zutphanienſes, Friſios, Tranſiſulanos, Limburgenſes; non verò eos, qui Romanam linguam, quæ nunc Gallica eſt, ſunt amplexi; nam leo Hannonienſium & Namurcenſium, originem habet à Flandrico, ut oſtendi; Luxemburgicus à Limburgenſi.

Quin

Quin & Francorum in Flandria ſymbolum antiquiſſimum fuit leo; quem, priuſquàm Scabini litteras publicas ſubſignarent, in eo ſigillo, quo Communitas utebatur, expreſſerunt, ſuperbientem etjam & inſurgentem; eâ ratione, quâ nunc in Flandriæ, Brabantiæ, Hollandiæ &c. inſignibus apparet, ut in veteribus eorum diplomatibus animadverti. Gand. In arch. Flan.

Eſt verò Leo, apud Priſcos, hieroglyphicum indomitæ virtutis, fuitque primitus inſigne Regum Francorum, teſte, apud Adr. Iunium, In Batav. fol 97. Hunibaldo, & apud Guillimannum, Lazio; qui tradit *CLODOMIRVM, Francorum Regem, filium CLODOVEI, Gotomaro, & Gotogiſelo Regibus debellatis,* In Habs b. fol. 59. *Coronam in aureo clypeo, leoni ſuo impoſuiſſe.* Sic & Pauſanias narrat, Troianorum domitorem Agamemnonem, Eliacorum lib. Priore. in ſcuto ſuo, leonem geſtaſſe, illudq; in Olympico templo ſuſpendiſſe, hâc inſcriptione:

Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ᾽ ἔχων Ἀγαμέμνων.

quod ita vertebam:

Et pavor hic hominum eſt, & qui gerit hunc Agamemnon.

Cæterùm quòd Geldriæ etjam & Zutphaniæ ſymbolum ſit leo, iis obtentis, CAROLVS ſigillum non mutavit, utpotè leonibus ſufficienter inſtructum, præſertim cùm cera, colores, qui diſtinctionem adferunt, non admittat; verùm diplomatibus, priore ſigillo munitis, harum ditionum titulos, in hunc modum, præmiſit: *CHARLES par la grace de Dieu, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg & de Geldres; Conte* In arch. urb. Brug. *de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zutphen; Marquis du S. Empire; Seigneur de Friſe, des Salins, & de Malines.* &c. *Donné en noſtre ville de Thionville, au mois de Decembre, l'an de grace* 1473.

Complectitur hoc diploma inſtitutionem ſupremæ Curiæ, (Parlamentum vocant) quod hoc anno CAROLVS Mechliniæ; ſtabile ac fixum collocavit; cui datum ſigillum, unius cum ſecreto magnitudinis: ejuſque forma, magnitudo, & uſus, eodem diplomate, in hæc verba, præſcribuntur: *Et en oultre, nous avons ordonné, & ordonnons, que pour ſeeler & depeſcher les appoinctemens, commiſſions, adjournements, arreſts, taux des deſpens, & executions des choſes qui ſeront expediees, en ladicte Court; ſera faict ung ſeel à nos armes, de la grandeur de noſtre ſeel de ſecret, lequel noſtredict Chancellier mettra es mains de ung des maiſtres des requeſtes de l'hoſtel; que ordonnerons, reſidens audict Malines, qui du moins ſeront du nombre de trois, tels qu'il nous plaira, ou en la main dudit Chief de Conſeil, quand il ſe trouuera audict Malines, ſi bon ſemble à noſtredict Chancellier, duquel ſeel ſeront ſeeles, par ledict Chief de Conſeil; preſens leſdict maiſtres des requeſtes, quant il ſera audict Malines, & quant il n'en ſera, par iceulx maiſtres de Requeſtes, es jours de Mardy, Iendy & Semmedy, devant diſner, en une chambre, qui á ce ſera ordonnee; appellee la chambre de de noſtre Chancellerie audict Malines, & non ailleurs.* Præſcriptâ

I

etjam

etjam ſub finem, concludendorum diplomatum formulâ, in hanc ſententiam: *Et en la ſignature, ou lieu de ce, que devers nous l'on met: Par Monſeigneur le Duc, à la relation du Conſeil; ſera mis: par le Conſeil.*

Ipſius verò ſigilli hæc eſt forma:





Hoc ſigillo vidi obſignatum diploma ipſius anni 1473, eodem
In ſcribat. cur. Mech. cum ſuperiore procemio; hâc verò periodo finali: *Donné en noſtre ville de Malines le xv. jour de Mars; l'an de grace* 1473, *par le Conſeil. I. Muet.*

Brugꝭpud Iacopinas Idem ſigillum appenſum vidi diplomati à Mechlinienſi Concilio editi, anno 1474.

Ibidem in S. Iuliani. Item anno 1475.

Incidi & in diploma hujus anni, procemio, ut ſuprà, tali verò
In ſcribat. cur. Mech. concluſione: *Donné en noſtre Court de Parlement, le 17. jour d'Auril M. CCCC. ſoixante & quinze, apres Paſques, par la Court. de Longueville.*

In Concilio Sanctiore ſive Privato obſervatum fuiſſe, ut adderetur in fine: *Par Monſeigneur le Duc à la relation du Conſeil*: ex præcedentium annorum diplomatibus apparet.

Itemque ex ſequentium; quamquàm CAROLVS eſſet in ur-
In arch. urb Brug. be Mechlinienſi; vidi enim anni 1474, quod ita claudebatur: *Donné en noſtre ville de Malines, le xiij. jour d'Octobre* 4374. *par Monſeigneur le Duc, à la relation du Conſeil. I. Hautain.*

Ibidem. Et anni 1475: *Donné en noſtre ville de Bruges, le xiij. jour de Novembre* 1475. *Par Monſeigneur, à la relation du Conſeil. I. Gros.*

Quam clauſulam quotieſcumque omittit, ſignum eſt, non adhibito Concilio, diplomata ab eo edita fuiſſe; quod aliquoties factum

factum fuiſſe annis anterioribus ſuprà oſtenſum.

Vidi & anni 1474: *Donné en noſtre Siege devant Nuyſe, au mois d'Octobre, l'an de grace 1474.* In arch. urb. Brug.

Et anni 1475: *Donné en noſtre ville de Namur le xxvj. jour d'Aougſt, l'an de grace 1475. par Monſeigneur le Duc. I. Gros.* Ibidem.

Cæterum ex PHILIPPI cum Brabantis conventione, dum in Ducem inaugurаretur anno 1430; CAROLVS in curia Brabantica peculiare ſigillum ordinavit, hac formâ:





Inſcriptio, ut præcedentes, additis Geldriæ & Zutphaniæ titulis ab anno 1472.

Gand. in arch. Flan. In curia Comitatus Burgundiæ Poligniaci, hac figurâ, ſigillum vidi uſitatum litteris planè corruptis.





Vbi quoque diplomatibus, idem cum ſuperioribus, datum eſt initium.

Obſignavit etjam, epiſtolas credo, minuſculo ſigillo, quod mihi ſuppeditavit D. Chifletius.



Hoc ſigillo munitæ ſunt litteræ, propriâ ejus manu ſignatæ, miſſæque Mechliniam ad præfectos ærarii Regii, ſeu, ut vocant, Financiarum, cum hac clauſula: *En noſtre ville de Nancy, le* 10. *de Decembre* 1475.

Nonis Ianuarii anni 1476, qui nunc eſt 1477, occubuit CAROLVS ad opidum Nanceium cum Helvetiis multo ſe fortioribus numero, nimiùm animoſè pugnans. Ejus cadaver tribus plagis confoſſum, inter aulicos circum ſe cæſos, repertum eſt, & agnitum, tertio demum poſt cladem acceptam die; quòd in adverſa vulnera prolapſum, vultu ad glaciem congelato, pronum jaceret.

Corpus ejus primò Nancei à Reinero Lotharingiæ Duce, honorificè eſt tumulatum; at CAROLVS V. Imperator ejus pronepos, poſtmodum Luxemburgum ejus oſſa devehi juſſit, atq; inde ſoror ejus ELEONORA Brugas in D. MARIÆ, magnificis ei, filiæque ejus MARIÆ, Mauſolæis illic erectis.

MARIA

MARIA, filia CAROLI AVDACIS, COMES FLANDRIÆ XXX. *Anno* 1476. *Nupta* MAXIMILIANO AVSTRIACO, *filio* FREDERICI III. *Imperatoris.*

Diplomata ſua hoc ſigillo conſignavit antè MARIA, quàm nuberet Imperatorio juveni MAXIMILIANO; inſignibus paternis uſa.





Hunc iiſdem ſolita præſcribere titulorum apparatum: MARIE

In arch. urb. Brug. byder gratien Godts/ Hertoghinne van Bourgoingne/ van Lothier/ van Brabant/ van Limburgh/ van Luxemburgh/ ende van Gheldre/ Graefuede van Vlaendren/ van Artois/ van Bourgoingne/ Palatyne/ van Henegau/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zuytphen/ Marc-Grauinne 's Heylighs Rijcx/ Vrauwe van Vrieſlandt/ van Salins/ ende van Mechelen. Doen te wetene &c. Alſoo &c. Wy in preſentien/ ende jeghenwoordichheyt vanden moghenden Heere/ Lodewijc van Bourbon/ Biſſchop van Ludick/ Hertoghe van Bulloen/ ende Graue van Loon/ onſen gheminden Oom/ ende Neue; ende M. her Adolf van Cleuen/ ende vanden Marcke/ Heere van Raueſteyn/ Stedehouder Generael/ ende Gouuerneur van onſen voorſeyden Landen/ gheminde Neue/ die onſe maghen zijn van onſen bloede; ende by aduyſe/ ende Rade van hemlieden/ hebben &c.

Ita verò literas concludebat, utpote juvencula adhuc & ſub tutelâ: In oorconden van welcken dinghen/ ende van eeuwigher vaſtichede/ zoo hebben wy onſen zeghele hier an doen hanghen/ ende voort ghebeden onſen lieuen Oom/ ende Neue voorſcreuen/ dat zy in meerder verzekertheden/ roboratien/ ende auctoriſatien der zeluer dinghen/ huere zeghels/ byden onſen/ an deſe voorſeyde lettren hanghen willen; 'twelck wy Lodewijc van Bourbon/ byden ghedooghe Gods/ Biſſchop van Ludic/ Hertoghe van Bullon/ Graue van Loon. eñ M'her Adolf van Cleuen/ ende vanden Marcke/ Heere van Raueſteyn etc. bouen ghenoompt/ ter begheerte van onſer voorſeyder Nichte/ Hertoghinne/ gaerne alzoo ghedaen hebben. Ghegheuen in onſe Stede van Ghendt/ den elleuenſten dach van Sporcle/ in t jaer duyſt vier hondert zeſſe eñ tzeuentich. MARIE. By mer Jonckvrouwe de Hertoghinne. De Halewijn.

Ibidem. Vidi ejuſdem diei & aliud diploma in hunc modum; MARIE &c. Vt ſuprà. Wy inde preſentie/ ende jeghenwoordichede/ vanden moghenden Heere/ ende Prince van onſen Bloede; Jan Hertoghe van Cleuen/ ende Graue vanden Marcke; ende M'her Adolf van Cleuen/ ende vanden Marcke/ Heere van Raueſteyn/ Stedehoudere Generael/ ende Gouuerneur van onſen voorñ. Landen/ gheminden Neuen; hebben &c. In oorcondſcepen &c. Zoo hebben wy onſen zeghele hier an ghedaen hanghen/ ende ghebeden onſen Neuen/ bouen ghenoompt/ dat zy in meerder verzekertheden der zeluer dinghen/ hueren zeghelen/ byden onſen an deſe voorſz lettren ghedaen/ hanghen willen/ t welcke wy Jan Hertoghe van Cleuen/ Graue vanden Marcke; ende Adolf van Cleuen/ eñ vanden Marcke/ Heere van Rabeſteyn voorſcreuen/ ter begheerte van onſe voorſz Nichte Hertoghinne/ gheerne ghedaen hebben. Ghegheuen &c. Vt antè.

Ibidem. Fuerunt & adhibito Concilio Priuato edita, hac ratione: MARIE &c. In oorcondſcepen &c. Zo hebben wy onſen zeghel hier an doen hanghen. Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ den ix. dach van April/ in t jaer onſ Heeren M. CCCC. zeuen ende tſeuentich naer Paeſſchen. By myndér Jonck-vrouwe der Hertoghinne

ghinne


ghinne in haerlieder Raedt/ daer mijn Heere de Hertoghe van Cleven; mijn Heere van Ravesteyn Stedehoudere Generael; de Grave van Wincestre/ Heere vanden Gruuthuuſe; Meeſter Jan de la Bouverye/ Heere vanden Wiere; de Preſident vande Rekeninghe/ ende andere vanden Rade jeghenwoordich waeren. De Beer. *Sigillata de expreſſo mandato Domicellæ.* De Halewijn.

Obſeravit quoque litteras MARIA ſigillo minuſculo, cujus ad me exemplar miſit D. Chifletius.



Eo munivit adhuc diploma anni 1479, nomine etjam ſuo adſcripto; quod idem Chifletius obſervavit.

MAXIMILIANVS etjam ſuum priùs habuit ſigillum, quàm duceret MARIAM, teſſeris Auſtriæ recentioris, & Habsburgi inſignitum; ſuprà Carintiæ; Carniolæ, & Stiriæ ad utrumque latus; præ vetuſtate, factâ ſupernè nonnullarum litterarum jacturâ.



Hoc ſigillo vidi obfirmatum ejus diploma, quo Theobaldum Baradotium conſtituit aulæ ſuæ præfectum, poſtquam menſe Auguſto anni 1477 MARIAM uxorem duxiſſet, novo nondum utriuſque ſigillo præparato. Apud D. I. Andries.

Diplomati hoc ordine tituli præludunt: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu Duc d'Auſtrice, de Bourgoingne, de Lothr. de Brabant, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldre; Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, de Hainau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zuytphen; Marquis du S. Empire; Seigneur de Friſe, de Salins, & de Malines. Et MARIE, par la meſme grace, Ducheſſe, Conteſſe, Marquiſe, & Dame de ſuſdicts pays & Seigneuries. En teſmoing de ce nous avons faict mettre le ſeel de nous MAXIMILIEN, a ces preſentes, le 12. jour de Septembre, l'an de grace 1477.*

 MAXI-

MAXIMILIANI & MARIÆ ſigillum magnum mihi exhibuit D. Adrianus Waterlooſius Regiorum ſigillorum ſculptor Bruxellis, hac figurâ:





Lævum

Lævum hujus ſigilli ſcutum eſt MARIÆ, ſymbolis MAXIMILIANI, quibus utebatur, antequam duxiſſet MARIAM, bipartitum. Dextrum verò MAXIMILIANI, quod eâ jam in uxorem ductâ, geſtavit.

In ſcuto MAXIMILIANI, primus laterculus quinis alaudis, veteris Auſtriæ ſymbolo, eſt exaratus; errarunt qui totidem hîc aquilas pingere, aut ſculpere præſumpſerunt. Horum inſignium originem faciunt à Legionibus Romanorùm, quibus Alaudæ nomen: quod earum quinque circa Viennam ſubſtiterint, adverſus Herulos, Quadros, Dacos, & Marcomannos. Leopoldum ferunt, VII. Auſtriæ Ducem, repudiatis alaudis, aſſumpſiſſe *ſcutum* (ut verbis D. Chiffletii utar) *coccineum argenteâ zonâ* Fol. 59. *exaratum*; quod in Syriâ dimicans adverſus Ethnicos, albâ veſte indutus, eandem, quâ ſuo, quâ hoſtili cruore imbutam, reportârit: eâ dumtaxat parte candidâ, quæ Zonâ ſeu cingulo fuerat cooperta. Pro gryphe, quod Stiriæ ſymbolum, pari errore lapſi, frequenter leonem pingunt.

Porrò ſcutum MAXIMILIANI ita deſcribit D. Chiffletius: *Scutum quadripertitum. I. quadrans teſſerâ Auſtriæ novæ, & veteris ab* Fol. 47. *ſummo bipertitus. II. eodem modo diviſus, novæ & antiquæ Burgundiæ ſymbolo; hoc rurſus cum Brabantica teſſera bipertito. III. in longum tripertitus; primus laterculus Styriacus. 2. Carinthiacus. 3. Carniolenſis. IV. Burgundiâ veteri, Limburgo, & novâ Burgundiâ eodem modo ſectus. Symbolis omnibus in medio impoſitum ſcutulum Flandriâ & Tyroli eâdem ratione diſpertitum.*

Titulos Paternos Auſtriacis communes qui in circuitu ſigilli, atque in inſignibus exprimuntur, omittit MAXIMILIANVS in diplomatum inſcriptionibus, quæ cum uxore emiſit, Auſtriâ exceptâ. Flandricorum enim hoc eſt initium: MAXIMILIAEN ende MARIE bijder gratien Godts Hertoghen van Ooſtenrijck/ van Bourgoingne/ van Lothier/ van Brabant/ van Limburgh/ van Luxemburgh/ ende van Ghelder; Graven van Vlaendren/ van Artoys/ van Bourgoingne/ Palatynen/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zuytphen/ Marc-Graven des H. Rijcx; Heeren van Vrieſlandt/ van Salins/ ende van Mechelen.

Et Gallicorum: *MAXIMILIEN & MARIE par la grace de Dieu, Ducs d'Auſtrice, de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, & de Gueldres; Contes de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatins, de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zutphen; Marquiz du S. Empire; Seigneurs de Friſe, de Salins, & de Malines.*

Pro *Seigneurs de Friſe* &c. interdum reperies: *Seigneur & Dame de Friſe* &c. ſic & Flandricè: Heere ende Vrouwe van Vrieſlant &c.

Vidi hiſce titulis diplomata quamplurima; at cum hoc ferè ſigillo:

gillo:





In arch. urb. Brug. Et clauſulâ tali anni 1478: Ghegheuen in onſe Stad vanden Boſche den ix. dach van Sporcle 1478 by mijn Heere den Hertoogh/ eñ mijnre Vrauwe der Hertoghinne; die Biſchop van Doornicke; den Heere vande Wiere/ hooft vanden grooten Rade, den Heere Champnans Preſident van Bourgongne; Meeſter Pieter Bogaert; Nicolas de Goudeval; ende andere/ jeghenwoordich. N. Ruter.

Ibidem. Item ejuſdem anni: *Donné en noſtre ville de Bruxelles le xx. jour d'Octobre, l'an de grace M.CCCC.LXXVIII. Par Monſeigneur le Duc,*

le Duc, & Madame la Ducheſſe. Les Contes de S. Pol, & de Chimay premier chambellan; le Sire de Wiere, Chief du grand Conſeil; le Seigneur de Gruthuyſe, Cheualier d'honneur; le Seigneur de Champnans Preſident de Bourgoingne; le Seigneur de l . . . . . . & aultres preſens. Numan.

Anni 1479: Ghegheuen in onſe Stadt van Antwerpen den xix. Ibidem.
dach van Maerte/ int jaer ons Heeren 1479, by mynen Heere/ ende mynre Vrauwe de Hertoghinne. N. Ruter.

Anni 1480: Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ den xij. Ibidem.
dach van Decembre/ in't jaer ons Heeren 1480. N. Ruter.

Anni 1481: Ghegheuen in onſe Stede van sHertoghenboſche/ Brug. in
den xix. dach van Meye/ in't jaer ons Heeren 1481, by mynen D. Virgin.
Heere den Hertoghe ter relatie vanden Rade. De Longuevile.

Adhibuerunt & diplomatibus ſigillum ſecretum.



Vidi illud cum præcedente inſcriptione Flandrica, deſinente in
hunc modum: Des Toorconden onſen zeghel hier anne ghehan- Brug in
ghen/ ende ons hand-teecken hier onder gheſtelt. Ghegheuen in on- Hoſpitali
ſe Stede van Namen/ den xij. dach van Ougſt/ in't jaer ons Hee- S. Ioann.
ren M. C C C C. ende tachtentich. MAXI. MARIE. By mynen Heere den Hertoghe/ ende mynre Vrauwen der Hertoghinne; ghy/ die Vrauwe van Chimay/ eerſte Camerline; die Heere vande Gruythuyſe/ Ridder van eere; Nicolas de Goudeval; ende Pierre Lanchals jeghenwoordich. N. Ruter. *Sigillata de expreſſo mandato Domini & Domine.* N. Heyme.

Sigillum Concilii Mechlinienſis ejuſdem fuit cum ſecreto magnitudinis ex præſcripto CAROLI AVDACIS, de quo ſuprà.

Eo vidi ſignatum diploma, principio ut antè, hoc verò fine:
Ghegheuen in onſe Stede van Mechele/ den xiiij. dach van April/ Ibidem.
in't jaer ons Heeren duyſt C C C C. ende L X X X. naer Paeſchen/ by mynen Heere den Hertoghe/ ende mer Vrauwe der Hertoghinne/ te rela-

te relatie vanden Rade. W. Groſpre. Vt in Concilio privato.



Eſt & penes me ſigillum eorum, in curia Brabantiæ uſitatum.





Diplo-

Diploma, à quo dependet, incipit ut præcedentia, concluſione tali: Ghegheuen ix. dach in Junio/ in't jaer ons Heeren M. CCCC. LXXIX. by mijnen Heer den Hertoogh/ ende mijnre Vrauwen der Hertoghinnen. Ter relatien vanden Rade. Ja. Hugoet.

In Hollandiæ Curia, minore hoc ſigillo ſententias ſuas conſignârunt.



Haſce vidi hoc exordio: Gheſien bijden Houe van Hollandt 'tproces &c. Et hoc fine: Aldus ghedaen/ ghegheuen/ ende uuytgheſproken inden Haeghe/ onder 'tſignet van Hollandt/ hier an ghehanghen/ opden xxj. dagh in Meye/ 1478. In ſcribat. cur. Mech.

Fuit & MARIÆ, nuptæ MAXIMILIANO, ſigillum, quo ſola videtur ſubinde fuiſſe uſa.

Quemadmodùm & MAXIMILIANO minuſculum, quod ſecretum appellat. Vtrumque mihi à Waterloſio ſuppeditatum.





MARIÆ ſolius litteras, poſtquàm MAXIMILIANO nupta fuit, non reperi; niſi teſtamentum, cujus mihi copiam fecère hæredes D. Baradotii, hoc initio: *MARIA, Dei gratia Duciſſa Auſtria* Brug apud D. L. Audr.

ſtriæ, Burgundiæ, Lothr. Brab. Limb. Luxemb. & Geldr. Comitiſſa Flandriæ, Art. Burg. Palatina, Hannon. Holl. Zeel. Nam. & Zutph. ſacrique Imperij Marchioniſſa, ac Domina Friſiæ, Salinar. & Mechliniæ. Et fine: *Datum in noſtro oppido Brugenſi prima die menſis Maij anno* 1479. *Lo. Parmentarij, prædictæ Illuſtriſſimæ Dominæ Confeſſor.*

Obiit MARIA 22. Martii 1481 more Gallico, qui nobis eſt 1482, poſtquam inter venandum, ſolutis equi cingulis, ſupina in tergum decidiſſet, adeoque graviter læſa eſſet, ut malo artem omnem Medicorum ac Chirurgorum ſuperante, ex eo caſu poſt aliquot hebdomadas in flore ætatis ſit exſtincta. Superſtitibus liberis PHILIPPO nondum quadrimo, utpote Brugis nato 22. Junii 1478, & bimulâ MARGARETA.

PHILIPPVS PVLCHER filius MAXIMILIANI & MARIÆ, COMES FLANDRIÆ XXXI. Anno 1482.
Cum patre MAXIMILIANO.

DEfunctâ uxore, MAXIMILIANVS diplomata ſua ſignavit, modò Concilii Flandrici ſigillo, modò eo, quod in ſumma Brabantiæ curia (Cancellariam vocant) erat in uſu: Flandri enim mobilia, in aula ejus reperta, atque in iis ſigilla detinebant. Sigilli in Concilio Flandrico uſitati, hoc eſt exemplum:



In arch. urb. Brug. Exſtat ejus cum hoc principio diploma: MAXIMILIAEN bijder gratien Godts Hertoghe van Ooſtenrijck/ van Bourgoingne/ van Lothr. van Brabant/ van Limburgh/ van Luxemburgh/ ende van Ghelder/ Grave van Vlaendren/ van Artois/ van Bourgoingne/

gne/ Palatijn/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zutphen; Marc-Grave 's Heylighs Rijcx; Heere van Vrieſlandt/ ende van Salins/ ende van Mechelen. Des t'oirconde. hebben wy deſe teghenwoordighe doen ſeghelen vanden ſeghele/ daer ofmen uſeert in onſe camere vanden Raede in Vlaenderen/ in abſentie van onſen. Ghegheven in onſe Stede van Ghendt den derden van Maerte/ in't jaer ons Heeren M.CCCC.LXXXII.

Exſtat & aliud, ejuſdem anni, gallicè, hoc exordii tenore: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Archiduc d'Auſtrice, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Stirie, de Carintie; de Carniole, de Luxembourg, & de Gueldre; Conte de Flandre, de Habſbourg, de Ferrette, de Kibourg, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zutphen; Marquis du S. Empire, de Burgau; Conte Palatin en Elſace; Seigneur de Friſe; Marquis de Sclavonie, de Portenau, de Salins, & de Malines. En teſmoing de ce, nous avons ces dites preſentes ſigne de noſtre main, & les faict ſeeler de noſtre ſeau, dont on uſe en noſtre Chancelrie de Brabant, en l'abſence du noſtre. Donné en noſtre ville d'Aloſt, le vj. jour de Novembre, l'an de grace M.CCCC.LXXXII.* Ibidem.

Archiducis titulum hìc MAXIMILIANVS reſumit, traditum quondam Frederico II. Auſtriæ Duci; qui cùm, circa annum 1205, ob egregiam FREDERICO II. Imperatori, Siciliæ ac Hieroſolymorum Regi, in bello navatam operam, ab eo Auſtriæ Rex creatus fuiſſet, titulo Regis, Regno Auſtriaco (Ooſtenrijck) planè conveniente; iſque poſtmodùm, quòd hoſtibus Imperii, in Auſtria ſua refugium dediſſet, eâ dignitate rurſus ab Imperatore eſſet privatus; pace demum concluſâ, contractoque, inter HENRICVM filium Imperatoris, & Margaretam Auſtriaci filiam, matrimonio, ita eſt conventum ut Fredericus II. Auſtriacus Archidux diceretur. Quod vocabulum, Imperator græcè, latinèque doctus, compoſuit, ad exemplum Pontificiorum: quibus ea vox Archi, à græco fonte ἀρχὸς i. *Princeps, ſuperior*, in Archiepiſcopo, Archipresbytero, Archidiacono &c. Epiſcoporum, Preſbyterorum, Diaconorum &c. principem denotat, ſeu ſuperiorem; atque ita Imperator, Fredericum, ex utroque idiomate, Archiducem indigitando, tanquàm cæterorum ſuorum Ducum, Principem creavit.

In ſuperiore etjam præfatione, MAXIMILIANVS, Provinciarum titulos aſſumit, quarum inſignia dudum in ſigillis geſſit; videlicet, præter Auſtriam, Stiriæ, Carintiæ, Carniolæ, Tirolis; itemq; aliarum ad Auſtriacos pertinentium, ut: Habsburgi, Ferrettæ, Kiburgi, Burgoviæ, Elſatiæ, Marchæ Slavoniæ, ſive Windorum, & Portùs Naonis.

Cæterùm Auſtria, Stiria, Carintia, Carniola, Tirolis, aliæque ditiones, ad Auſtriacos devenerunt, hac ratione: cùm Gallia &

Germania, à CAROLO MAGNO, in Orientalem & Occidentalem Regni plagam divideretur, limites plagæ Orientalis, ad tuendum imperium contra Hunnos, Avaros, aliosque Barbaros, conſtituti ſunt in Pannonia ſuperiore, quæ eſt Oosterrijck .i. Regnum Orientale, Auſtria dicta. Hiſce limitibus qui præerant, Marchiones appellati, è re facto nomine, veteribus enim Marck/ pro quo & Marcam & Marcham ſcripſêre, limitem ſignificavit, ut dictum.

Perſtitit autem hoc nomen, ad annum uſque 1156: quo FREDERICVS Imp. Henricum, Auſtriæ Marchionem, Leopoldi filium, ac S. Leopoldi nepotem, primum Auſtriæ Ducem creavit; cujus filius Leopoldus, cognomento Egregius, novorum Auſtriæ inſignium auctor, de quo ſuprà fol. 105, ab Ottocaro, Stiriæ Duce, cui filiam ſuam Cunegundem, in uxorem dederat, nullos habente liberos, Stiriam, cum aliis quibuſdam ditionibus, ante annum 1162, obtinuit, emptione, quam HENRICVS VI. Imp. confirmavit.

Hujus filius Leopoldus VIII. Fredericum hæredem reliquit, qui, Auſtriæ & Stiriæ, adjunxit Carniolam.

At verò Frederico Duce cæſo, ab Hungaris, anno 1248, & improle defuncto; OTTOCARVS Bohemiæ Rex, qui Margaretam, Frederici ſororem duxerat, provincias haſce occupavit; quas etjam retinuit, poſtquàm uxorem ſuam repudiaſſet. Quapropter ad cauſam dicendam, à RVDOLPHO Imp. I. Habsburgico citatus, cum non compareret, ſcripto RVDOLPHVS exercitu, eum, armis quoq; ſumptis, reſiſtentē, ita eſt aggreſſus: ut uno prælio fuſus, cum quatuordecim virorum millibus, in acie occubuerit.

OTTOCARO, hac ratione, devicto, RVDOLPHVS filium ſuum ALBERTVM Habsburgicum (qui uxorem habebat Eliſabetham, filiam unicam Mainardi, Comitis Goritiæ, ac Tirolis, ex Agnete, ſorore & hęrede Frederici Auſtriaci, qui cum Conradino, Sueviæ Duce poſtremo, juſſu Caroli Audegavenſis, anno 1268, Neapoli capite plexus fuit) in Comitiis Auguſtanis, anno 1202, ex Principum Civitatumque ſententia, Auſtriæ ac Stiriæ Ducem renuntiavit.

Addidit & Carniolam, &, beneficio Imperii, Windorum, ſeu Slavoniæ Marcam, & Portum Naonis.

Alteri quoque filio ſuo, Rudolpho, Sueviam tradidit, & Elſatiam; quæ, eo, abſq; prole, cum fratribus, exſtincto, etjam ad ALBERTVM tranſierunt.

Cumque, iiſdem Comitiis, Mainardo contuliſſet Carinthiam, ea cum Tiroli & Goritia, defuncto Mainardo, ad ALBERTVM, qui RODOLPHO patri in Imperio ſucceſſit, cauſâ uxoris ſuæ, eſt devoluta.

Hæ omnes ditiones, Alberto Pio, ALBERTI filio, poſtmodum, fratribus, Leopoldo & Othone, vitâ functis, obtigerunt: qui

hiſce

hiſce adjecit Ferretam, ductâ Ioannâ Vdalrici, ultimi Comitis Ferretarum filiâ, anno 1324: ſolutiſque Vrſulæ, alteri Vdalrici filiæ, pro ejus hæreditaria portione, octo millibus marcarum argenti.

Hic præterea Kiburgi Comitatum, titulis ſuis adjecit; qui Habsburgicis acceſſit, annô 1276, matrimonio Everardi, ejus nominis I. Comitis Habsburgenſis, cum Anna, filia & hærede Hermanni Iunioris, Comitis Kiburgenſis.

Reperio Alberti Pii diploma, anni 1326, hiſce titulis: *Nos Albertus, Dei gratia, Dux Auſtriæ & Stiriæ; Dominus Carniolæ, Marchiæ & Portuſnaonis; Comes in Habsburg & Kiburg, Lantgravius Alſatiæ, nec non Comes Phirretarum &c. Datum in Baden, anno Domini noſtri M.CCC.XXVI.* Apud Guilimann. l.6. Habſb. c.1. f.240.

Hunc Albertum, qui etjam Burgoviam acquiſivit, excepit Rudolphus, filius natu major, cui, CAROLVM IV. Imperatorem in Italiam ſecuto, & Mediolani ſublato, fratres, hoc modo, ſucceſſerunt: Albertus in Auſtriam, Stiriam, Carintiam, Carniolam, Windorum ſeu Slavoniæ Marcam, & Portum Naonis &c. Leopoldus verò Probus, in Tirolim, Burgoviam, Sueviam, Ferretam, Elſatiam &c.

Leopoldo filii fuerunt, Fredericus, Pater Sigiſmundi, qui ſine liberis obiit, anno 1597, hærede ex aſſe ſcripto MAXIMILIANO, cognato ſuo, reditibus aliquot ſibi retentis, diu antequam moreretur: & Erneſtus Ferreus, ex quo nati FREDERICVS III. Imperator, pater MAXIMILIANI, & Albertus, cujus maſculis prolibus exſtinctis, omnes Leopoldi Probi ditiones, ad FREDERICVM III, ejuſq; filiũ MAXIMILIANVM, devenerunt.

Porrò, ut ad ſigilla noſtra, & inſcriptiones revertamur; diplomate (cujus fuit inſcriptio Gallica præcedens) MAXIMILIANVS roborat pacem, anno 1482, initam, cum LVDOVICO Rege Galliarum, qui, morte CAROLI AVDACIS abſque prole maſculâ, contendebat Ducatum Burgundiæ ad ſe pertinere; planè contrà mentem Regis IOANNIS, qui eundem, anno 1363, filio ſuo PHILIPPO, poſtmodum MARGARETÆ MALEANÆ marito, tradiderat, per eum, ejuſque hæredes, perpetuò poſſidendum, nullâ ſexûs factâ diſtinctione, ut ſuprà fol. 62. ad eorum ſigilla eſt oſtenſum. Idem ex eorum contractu matrimoniali anni 1398, Inſulas, Duacum, & Orchiacum repetebat, atque eo nomine, non tantùm MARIÆ ditiones atque urbes, quas pace Atrebatenſi anni 1435, PHILIPPVS ejus avus fuerat conſecutus, ſed & alias ei hæreditarias invadebat.

Ejus pacis, has conditiones enumerat, inter alias, Heuterus: *CAROLVS DELPHINVS, Regis unicus filius, MARGARETAM AVSTRIACAM, MAXIMILIANI filiam unicam, in uxorem ducito. MARGARETA DELPHINO, in dotem, Comitatum Arteſiæ, Burgundiæ, Maſconum, Auxerræ, Charoloi, Salinarum, Barræ ad Sequanam, Boloniæ ac Noerij adferto: eaque eorum legitimi utriuſque ſe-* Rerũ Belg. l. 2. fol. 103. 105.

 xus li-

xus liberi, hæreditaria ſucceſſione, adeunto &c. *Si* PHILIPPVS AVSTRIACVS, *ante pubertatem, obierit, ſuccedente illi ſorore* MARGARETA, *aut ejus liberis, Rex ac* DELPHINVS, *Belgarum Prouincias, in eo, quo inuenient, ſtatu, donec ipſa adoleuerit, relinquito. Si adultâ* MARGARETA, *aut ejus liberis,* PHILIPPVS AVSTRIACVS, *ſine liberis obierit, aut quacunque alia ratione, Belgarum ditiones ad* MARGARETAM, *ejuſque legitimos hæredes, deuolutæ fuerint, datis in eam rem literis, Rex ac* DELPHINVS *pollicebuntur, ſingulas ſe tum Prouincias gubernaturos ſecundum mores ac conſuetudines majorum* &c. *Si, aliqua ratione, dictæ nuptiæ effectum non ſortiantur, renuntiat Rex emptioni vrbis Duacenſis, Inſularum, ac Orchiaci, a prædeceſſoribus ſuis facta, contentus ea in perpetuum Flandriæ annexa maneant, nulla Francorum in ijs actione manente* &c.

Hanc pacem admiſit MAXIMILIANVS, eò libentiùs, quòd timeret ſibi defectionem ab Ordinibus Flandriæ, qui PHILIPPVM ſolum, ut Flandriæ Comitem, agnoſcebant, nolentes tutelam ejus, ac Provinciæ adminiſtrationem MAXIMILIANO deferre; atque ægrè ferentes, in diplomatibus ejus, PHILIPPI nomen præteriri; cum quibus MAXIMILIANVS tandem ita convênit: ut Adolphus Clivius Raveſteinii, Wolfardus Borſalius Terverii Toparchæ, unà cum Dynaſtis Gruuthuſio, Raſſegemio, Romontio, & Flandrici Concilii Præſide, iis ad Flandriæ regimen adjungerentur. Exin annis 1483, 1484, & 1485, diplomata, nomine PHILIPPI edita, ſic inſcripſere: PHILIPS van Ooſtenrijck/ byder gratie Godts/ Hertoghe van Bourgoingne/ van Lothier/ van Brabant/ van Limburgh/ van Luxemburgh; Grave van Vlaendren/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ ende van Namen; Marc-Grave 's Heylighs Rijcx; Heere van Vrieſlandt/ ende van Mechele. In oorconde van deſen ſoo hebben wy onſe ſeghelen hier anne doen hanghen. Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ den 18. dagh van Maerte 1483. Infra: By mijnen Heere den Hertoch in zijnen Raedt/ daer mijn Heere van Raveſteyn; den Heere van Gruythuyſe/ ende andere waeren.

In arch. urb. Brug.

Dicitur hìc PHILIPPVS diplomati ſigilla ſua appendiſſe; ſed quænam ea fuerint, cùm nullum ex his diplomatibus autographum videre potuerim, hactenus mihi non liquet; ut neque quale fuerit illud, quod, in ſequentibus, contra-ſigillum vocant.

Ibidem. Aliud, eâdem inſcriptione, ita deſinit: In oorconſchepe van deſen/ ſoo hebben wy onſen contre-ſeghel hier an doen hanghen/ inde abſentie vanden grooten. Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ den viij. dach van Octobre 1483. By mijnen Heere den Hertoogh in ſijnen Raed/ daer mijn Heere van Raveſteyn; de Heeren vande Wiere; van Gruythuyſe; den Preſident van Vlaendren/ ende andere jeghenwoordich waeren. Heyme. Item: In kenniſſe. Vt ſuprà. Ghegheuen in onſe Stede van Ghendt/ den vij. dach van Sporcle/ in't iaer 1483. By mijn Heer den Hertoogh in ſijnen Raed/ daer

daer mijn Heere van Ravesteyn; den Heere van Gruythuyse; van Rasseghem/ ende andere waeren. Heyme.

Eſt & aliud, anni ejuſdem, hac clauſulâ: In kenniſſe van deſen/ ſoo hebben wy onſen contre-ſeghel hier aen doen hanghen inde abſentie vanden grooten. Ghegheuen in onſe Stede van Ghendt/ den 16. van Ougſt 1483. By mijne Heere den Hertoogh in ſijnen Raed/ daer mijn Heere van Raueſteyn; den Heere van Gruythuyſe; den Heere van Bormiſele/ Preſident van Vlaendren/ ende andere waeren. Ibidem.

Aliud, anni 1484, hoc fine: Te Ghendt den 22. van Maerte 1484. voor Paeſſchen. By mijn Heere den Hertogh in zijnen Raede/ daer mijn Heere van Raueſteyn; den Heere van Raſſeghem; de Drie Leden ſ'Landts van Vlaendren; ende andere waeren. Ibidem.

Aliud: Te Ghendt den 16. van April 1485. naer Paeſſchen. By mijn Heere den Hertogh in zijnen Raede; daer mijn Heere van Raueſteyn/ ende van Romont; de Heeren van Gruythuyſe/ van Raſſeghem; den Preſident van Vlaendren; ende andere waeren. Ibidem.

Supprimunt Ordines titulos Comitis Arteſiæ, Burgundiæ, Palatini, & Domini Salinarum, quòd eas regiones Rex Galliæ invaſiſſet, à quo ſuppetias exſpectabant. Eâdem de cauſâ, Ducatûs Geldriæ, & Zutphaniæ Comitatûs titulos omittunt, quòd ſcirent Gallum favere Carolo Egmondano, Adolphi, à Patre exhæredati, filio; qui Geldriam & Zutphaniam, ope Gallorum, recuperare nitebatur.

Poſteaquàm verò MAXIMILIANVS, anno 1485, à reliquis Belgis, Tutor liberorum ſuorum renuntiatus, cæterorum auxilio, Flandris bellum inferret; adeoque jam Teneramundâ, Aldenardâ Gerardi-monte, aliiſq; munitioribus quibuſdam locis, in poteſtatem redactis, Gandenſis opidi portis quotidie immineret; Flandri, per Caduceatores, MAXIMILIANO reconciliati, tutelam ei ſuorum liberorum quoque detulerunt: qui unum dehinc, cum PHILIPPO, ſigillum diplomatibus affigere cœpit; hoc præludio titulorum, in ipſo diplomate, quo pax obtenta continetur: MAXIMILIAEN byder gratien Godts/ Erdtſ-Hertoghe van Oostenrijck/ Vader/ Vooght/ ende Momboir van PHILIPPVS, by ghelijcke gratie/ oock Erdtſ-Hertoghe van Oostenrijck/ Hertoghen van Bourgoingne/ van Lothier/ van Brabant/ van Limburgh/ van Luxemburgh/ ende van Gheldre; Graven van Vlaendren/ van Artois/ van Bourgoingnen/ Palatinen/ van Henegauw/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zuytphen/ Marc-Grauen des H. Rijcx; Heeren van Vrieſlandt/ van Salins/ ende van Mechelen. Doen te weten &c. Dat om af te legghen/ ende te Goddelicken/ ende deughdelijcken pais te bringhene alſulcke twiſten/ gheſchillen/ ende tweedrachten/ als/ ſyder den overlyden van wylen onſe harde ende gheminde gheſelnede/ Vrouw MARIE, Hertoghinne van Bourgoingnen/ Moeder van onſen voorſz Sone &c. In fine: Ende ten eynde dat alle de voorſz ſaecken vaſt/ ghedeurig/ en Ibidem.

gheſtadig blijuen moghen t'eeuwighen daeghen/ ſoo hebben wy onſen zeghel hier aen doen hanghen/ behoudens in andere zaecken/ ons/ ende ons voorſz Zoons recht/ ende elcx anders/ in allen. Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ den xxviij. daegh van Wedemaent/ in't iaer ons Heeren M. C C C C. L x x x V. Aldus ghetcerckent by mijnen Heere den Erdtſ-Hertoghe in zijnen Raed/ daer Heere Philips van Cleuen; Heere Anthuenis Baſtaert van Bourgoingnen/ Graue van Biche in Ardenne; de Graue van Naſſau/ eerſte Camerlinck; de Heeren van Beueren/ van Walhain/ van Polhain/ ende van Wolkeſtain; Heere Pieter Lanckhals/ Hof-meeſter; ende meer andere jeghenwoordich/ ende by waeren.. N. Ruter.

Quâ pace factâ, hoc uterque ſigillo eſt uſus:





Diplo-

Diplomata etjam, deinceps, utriuſque nomine ſunt inſcripta, hac ratione Flandricè: MAXIMILIAEN ende PHILIPS bijder gratien Godts/ Erdtſ-Hertoghen van Ooſtenrijck/ Hertoghen van Bourgoingnen/ van Lothier/ van Brabant/ van Lemburgh/ van Luxenburgh/ ende van Ghelder; Graven van Vlaendren/ van Artois/ van Boúrgoingnien/ Palatinen/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zutphen/ Marc-Graven des H. Rijcx; Heeren van Vrieſlandt/ van Salins/ ende van Mechelen. Des toirconden ſoo hebben wy onſe ſeghelen hier aen doen hanghen. Ghegheven in onſe Stadt van Mechelen/ den 19. dach van November 1485. By mijnen Heere den Erdtſ-Hertoghe/ te uwer relatie. B. le Febure. In arch. urb. Brug.

In curia Brabantiæ, ſigillum fuit equeſtri utriuſque figurâ:





Diplo-

Diplomatum frons eadem, cum Flandrica ſuperiore.

Eſt &, inter edicta Belgica, unum hujus anni, gallicè datum, nomine utriuſque: *MAXIMILIEN & PHILIPPE par la grace de Dieu Archiducz d'Auſtrice, Ducz de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Lucembourg, & de Gueldres; Contes de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatins, de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zuytphen; Marquiz du Sainct Empire; Seigneurs de Friſe, de Salins, & de Malines. Donné en noſtre ville de Malines le 12. jour de Septembre, l'an de grace 1485. Par Monſieur l'Archiduc, a la relation du Conſeil. Soillot.*

L. 1. plac. Belg. f. 208

Ditionum Paternarum tituli, hic etiam omittuntur, ut ſuprà; itèmque earum, quas dono Sigiſmundi accepit.

Anno 1486. MAXIMILIANVS 16. Februarii, Francofurti ad Mœnum, communi Septem-virûm aſſenſione, in Romanorum Regem eligitur: & 9. Aprilis, Aquiſgrani corouatur, præſente Patre ſuo FREDERICO Imperatore.

Brug. in Hoſpitali S. Ioannis.

Vnde in Belgium redux, ſigillis præcedentibus uti perſeveravit; aucto tamen, hunc in modum, exordio litterarum: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romains touſiours Auguſte; & PHILIPPE par la meſme grace, Archiducqs d'Auſtrice, Ducqs de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gueldre; Contes de Flandre, de Tirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zuytphen; Marquis du S. Empire; Seigneurs de Friſe, de Salins, & de Malines. En teſmoing de ce nous avons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Donné en noſtre ville de Bruges, le 9. jour d'Aougſt, l'an de grace 1486, & du regne, de nous MAXIMILIEN, le premier. Par le Roy. N. Ruter.*

L. 1. plac. Belg. f. 48.

Hujus anni eſt & diploma, cum titulo ditionum Auſtriacarum, quo præſertim in Germania fuit uſus, hoc modò: *MAXIMILIEN par le grace de Dieu, Roy des Romains touſiours Auguſte; & PHILIPPE par la meſme grace, Archiducz d'Auſtrice, Ducz de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Stier, de Karinthe, de Carniole, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldres; Contes de Flandres, de Habsbourg, de Tirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatins, & de Haynau. Landgraues de Elſate; Princes de Swane; Marquis de Bourgau, & du Sainct Empire; de Hollande, de Zelande, de Phirt, de Namur, & de Zutphen Contes; Seigneurs de Friſe, de Windiſmarck, de Portenauw, de Salins, & de Malines. Donné en noſtre ville de Bruges, le 24. d'Aougſt, l'an de grace M.CCCC.LXXXVI. & du regne, de nous MAXIMILIEN, le premier. Par le Roy a la relation du Conſeil. Longueville.*

In reliquis, præter Auſtriam, tantùm additur Tirolis, ex donatione Sigiſmundi, ut in diplomate præcedenti.

In arch. urb. Brug.

Itemq; anni 1487; hac clauſulâ: *Donné en noſtre ville de Middelbourgh en Zelande, le 20. jour de Maÿ 1187. Par le Roy. Numan.*

Ibidem.

Item; *Donné en noſtre ville de Bruges, le xiiij. de Iuing 1487.*

Par le

Par le Roy. Numan.

Et Aliud: *Donné en noſtre ville d'Anners, le vj jour de Nouembre* Ibidem.
1487. *Par le Roy. Numan,*

Exſtat & Bruxellis editum Germanicè, ejuſdem anni, cujus vidi exemplar quamquã ſatis coruptè: MAXIMILIAN Ibidem.
von Gottes gnaden / Romſch Konig / zu allen tzeitten / Mehrer des Reichs / und PHILIPPE von dem ſelben gnaden / Ertzſ-Hertzoghen tzo Oſterreich / Hertzoghen tzo Burgundi / tzo Lottzigh / tzo Brabant / tzo Limpurg / tzo Lutzenpurg / vnd tzo Geldern; Graven tzo Flandern / tzo Tirol / tzo Artois / tzo Burgundi / Pfaltz-Grauen / tzo Heingauw / tzo Holland / tzo Seeland / tzo Namen / vnde tzo Sutphen; Marc-Graven des Heylighen Reichs; Herren tzo Frieſzland / tzo Salins / vnd tzo Mechline. Geben in vnnſer Stat Bruſſel / am ein vnd zwanitzigiſten tag der Augſtmonat / vier tzehen hondert ſiben vnd achtzig / vnnſers Konichreichen in das ander jarr.

Habuit & MAXIMILIANVS Regium ſigillum, hac formâ:



Eoque ſolus diplomata ſua munivit; ut eſt illud, quo Carolum Croyum, ipſo coronationis ſuæ die, ex Comite Chimacenſi, Principem creat, hac inſcriptione: *MAXIMILIANVS diuina fauente clementia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Luxemburgi, & Geldriæ; Comes Flandriæ, Habsburgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, Arteſiæ, & Burgundiæ, Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ; Marcgrauius ſacri Romani Imperij, & Burgouiæ; Lantgrauius Alſatiæ; Dominus Friſiæ, Sclauoniæ, Portus Naonis, Sa-*

nis, Salinarum, & Mechliniæ, &c. Nobili Carolo Comiti de Chimay, ex illuſtribus de Croy, deſcendentibus ex vera & legitima progenie ſeu origine Regum Hungariæ, noſtro & Imperij ſacri dilecto, gratiam regiam, & omne bonum.

Datum in ciuitate noſtra Imperiali Aquiſgrani, ſub regalis noſtri ſigilli appenſione, & teſtimonio litterarum, ipſo die coronationis noſtræ Aquiſgrani habitæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, regni noſtri Romani anno primo.

Scohier, qui hoc diploma adfert, in hujus familiæ genealogia, Duaci edita, anno 1589: malè adſcribit MAXIMILIANO, titu-
Sic & in dipl. Belg. l. 1. c. 100. lum Regis Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. quem demum, anno 1490, eſt aſſecutus, ut mox apparebit.

PHILIPPI, etjam ſolius, diplomata exſtant varia; anni præſertim 1488, quo novæ turbæ, in Flandria, ſunt concitatæ. Titu-
In arch. urb. Brug. los PHILIPPVS hoſce præfert: PHLIPS byder gratie Godts/ Ertſ-Hertoghe van Ooſtenrijck/ Hertoghe van Bourgoingne/ van Lothier/ van Brabant/ van Limburg/ van Luxemburg/ ende van Ghelder; Grave van Vlaendren/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zutphen/ Marc-Grave des H. Rijcx/ Heere van Vrieſlant/ ende van Mechele. Ende om dat deſe ſaecken eeuwelick gheſtandich ſouden blijven/ wy hebben den ſeghel van onſe camer vanden Rade/ inde abſentie van onſen/ hier an ghedaen hanghen. Ghegheuen in onſe Stede van Ghent/ inde maendt van October 1488. By mijn Heere den Ertſ-Hertoghe in ſijnen Raed; daer M^r her Phlips van Cleuen; ende Phlips van Bourgoingnen; de Heeren van Gruythuyſe; en van Raſſeghem; den Preſident van Vlaendren; ende andere waren. J. de Beere.

Ibidem. Item: Ghegheuen in onſe Stede van Brugghe/ onder den ſeghel van onſe camere vanden Rade in Vlaendren/ in abſentie van onſen/ den xiiij. dach in Oughſt/ in't jaer 1488. By mijn Heere den Ertſ-Hertoogh in ſijnen Raed; daer M^r her Phlips van Cleuen; den Heere van Spiere; van Peenen; den Preſident van Vlaendren; ende andere waren. J. de Beere.

Sigillum, hiſce temporibus, in Concilio Flandriæ uſitatum, inter alia, mihi Brugis oſtendit D. Petrus Lootyns, vir omnis antiquitatis amantiſſimus, & archivorum conſervandorum mirè curioſus, hâc figurâ.





Omitti-

Omittitur titulus Comitis Arteſiæ, Burgundiæ, Palatini, Salinarum, ut ante, annis 1484, 1485, quòd eas Prouincias Gallus adhuc detineret.

Has turbas, pax Flandrica excepit, anno 1488, quam MAXIMILIANVS hoc diplomate confirmavit: MAXIMILIAEN bynde gratie Godts/ Roomſch Coninck &c. Omme af te leggen/ ende ten Goddelicken/ ende deughdelicken payſe te bringhen alſulcke gheſchillen/ twiſten/ ende diuiſien &c. Ende ten eynde dat alle ſaecken vaſt worden/ en gheſtadich blijuen; wy hebben onſen ſeghele hier anne ghedaen hanghen/ ende in meerder vaſticheide/ ende verſekerthede vande ſaecken/ hebben ghebeden onſen voorſeyden Schoon-Neue van Rauesteyn; ende M her Philips ſijn Sone; den Heere van Beuere oock onſen Neue; insghelick de Prelaten/ Edelen/ ende Steden/ vande voorghenoemde Landen van Brabant/ van Lucemburg/ ende van Geldre/ Henegauwe/ Hollant/ Zeelant/ Namen/ Zuytphen/ Valenciens ende Mechelen/ oock hare ſeghelen metten onſe/ hier aen te hanghen; 'twelcke wy Adolf van Cleuen/ van Marque; Heere van Rauesteyn. Philips van Cleuen/ ende van Marque/ Heere van Wijnendale; Philips van Bourgoingnen/ Heere van Beuere; Gooſſen Abt van Affleghem; Matten Abt van S. Bernaerts; ende Antonis van Brabant/ Ridder etc. ghedaen hebben. Ghedaen ende ghegheuen/ inde Stede van Brugghe/ den xvj. dach van Meye/ in t jaer 1488/ ende ons Rijcx/ inden derden jaere. MAXIMILIAEN. Hauweel.

In arch. urb. Brug.

Exinde reperio diplomata, utriuſque nomine edita, cum ſigillo minore, ſeu ſigneto: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romains touſiours Auguſte; & PHILIPPE* &c. Vt ante. *Donné en noſtre ville de Malines, ſoubz noſtre ſignets, armoyes de nos armes. en abſence de noz ſeaulz, le iiij. jour de . . . . 1488, & du regne de nous Roy le troiſieſme. Par le Roy, a la relation de Conſeil. B. le Febure.*

In ſcribat. cur Mech.

Item: *MAXIMILIEN* &c. *& PHILIPPE* &c. *Donné ou logiſt de noſtre treſredoubte Seigneur & Pere, a Ardenbourg, ſoubz le nom de noſtre Roy, & Seigneur, armoye de nos armes, cy mis en placart en abſence de noſtre ſeel, le xxix. jour de Iulet, l'an de grace 1489, & de noſtre regne le tiers. MAX I. Par le Roy. De Coudebault.*

Apud D. L. Andries.

In ſigillo, cujus hæc eſt forma:



Primam ſcuti ſedem, quinque alaudarum loco, unica videtur

occupare; niſi fors ea ſit aquila uniceps, ſymbolum Regni Romanorum.

Elato, ſub annum 1489, VLADISLAO AVSTRIACO poſthumo, filio unico & hærede ALBERTI II. AVSTRIACI Imperatoris, Bohemiæ, Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Regis, Ducis Auſtriæ: Alberti Pii, ex Alberto, pronepotis: Bohemiæ, Hungariæ, cæteraque Regna, cum Auſtriæ Ducatu, prætcritis Vladiſlai ſororibus, ad proximum ALBERTI Imperatoris maſculinum hæredem, aut ad Imperium devolvebantur, ex formula pacis olim inter RODOLPHVM I. AVSTRIACVM Imp. avum Alberti Pii: & Ottocarum Regem concluſæ; quâ Rodolphus Ottocaro Bohemiam, & quicquid occupaverat, permiſit, ejuſmodi obſequioſo Imperii beneficio, ut ejus clientelæ ſubjecta ſint, nec in ea mulier ſuccedere poſſit. Supererant tum ex Auſtriacorum ſtirpe mares, Sigiſmundus, & FREDERICVS Imp. Patrueles, atque Albertii Pii, ex Leopoldo pronepotes. Horum Sigiſmundus improles, MAXIMILIANO jam antea Tirolim, aliaſque ſuas ditiones ceſſerat; neque ullo modo Regnum illud ambiebat; ut neque FREDERICVS Imperator annis quinque ſeptuagenario major. Igitur uterque MAXIMILIANO cedit actionem ſuam in Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Regna: Bohemico jam pridem, præter ordinem, Georgio Poedebradio, ejuſdem Regni ſub VLADISLAO Poſthumo, gubernatori, pacis ergò, permiſſo. Verùm abſente MAXIMILIANO, VLADISLAI defuncti ſoror ISABELLA, CASIMIRO Polonorum Regi nupta, id ab Hungariæ proceribus impetravit, ut filium ejus VLADISLAVM inaugurârint. Quo cognito MAXIMILIANVS, hoc anno, cum exercitu in Hungariam eſt profectus. Sed urbibus aliquot Hungariæ, ab eo captis, atque, in iis, Alba Regali, in qua Reges ex more coronantur; Ordinum interceſſione, pax convênit: quâ Regna quidem Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ VLADISLAO permiſſa, ita tamen, ut & MAXIMILIANO jus ſuum in ea cum titulo conſtaret. Ideoq; ſi contingeret aliquem dehinc Hungariæ Regem, ſine virili ſobole mori, Archidux Auſtriæ, in perpetuum hæres ejus, & ſucceſſor eſſet.

Decedens è Belgio MAXIMILIANVS gubernatorem conſtituit Albertum Saxoniæ Ducem, & Naſſoviæ Comitem Ingelbertum; à quo tempore hoc modo diplomata edi cœpta, adhibito ejus filiique ſigillo majore: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romains touſiours Auguſte, & PHILIPPE Archiducs* &c. *Donné en noſtre ville de Liere, le iiij. jour de Ianuier, l'an de grace M. CCCC. LXXXIX. & du Regne de nous Roy le iiij. Par le Roy Monſieur le Duc de Saxen Lieutenant Generael; vous le Sire de Walheym, premier Chambellan; Monſieur l'Abbe de S. Bertin; le Preuoſt de Tricht ſur Meuſe; & pluſieurs aultres du Conſeil preſens. Numan.*

In arch. urb. Brug.

Item:

Item: *Donné en noſtre ville d'Anuers, le j. jour de May, l'an de grace M.CCCC. quatrevingt & dix, & du Regne de nous Roy, le v. Par le Roy. Monſieur le Duc de Saxen, Lieutenant General; vous le Conte de Naſſouw; & aultres preſens. B. le Febure.* Ibidem.

Ipſe quoque, tum ſuo, tum filii nomine, diplomata, etjam ad Belgas, è Germania miſit, eodem modo inſcripta quo ſuprà, & hac concluſione: *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces preſens. Donné en noſtre ville de Inckelſput, le vj. jour de Iuin, l'an de grace M.CCCC. LXXXIX. & du regne de nous Roy le iiij. Per Regem.* Ibidem.

Vidi & litteras ejus ita deſinentes: *Donné en noſtre ville de Nurenburgh, le xxj. jour de Iuing, en l'an M.CCCC. quatre vingts & onze. Per Regem. N. Lettin.* Cum hoc minutulo ſigillo, cachetum, ſeu ſignetum vocant. Brugapud D'Andries



Inſcriptio literarum erat: *A noſtre treſchier & feal Chlr. & Chancelier, le Seigneur de Champnans, & de Sorre ſur Sambre.*

Obtentâ, anno 1490, Hungariâ, ejus quidem, & filii ſigillum, in Belgio, non eſt mutatum, ſed inſcriptiones diplomatum ita auctę: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romeyns touſiours Auguſte, Roy de Hungrie, de Dalmatie, & de Croatie &c. & PHILIPPE par la meſme grace, Archiducs d'Auſtrice, Ducs &c. Donné en noſtre ville de Malines, le viij. jour de Decembre, l'an de grace M. CCCC. quatrevingt & onze, & des regnes de nous Roy, aſſcauoir de celuy des Romains le vj. & deſdicts, de Hongrie, de Dalmatie, de Croatie le premier. Par le Roy; Monſieur le Conte de Naſſou Lieutenant General; vous le Prince de Chimay; Meſſire Bauduin Baſtard de Bourgoingne; les Sires de Beueres; de Chieures; de Walhain; de la Baſtye; d'Aymeries; l'Abbé de Saint Bertin; les Preuoſtz de Tricht, & de Liege; & aultres du Conſeil, preſens. Numan.* In arch. urb. Brug.

Vidi & aliud ſuperiore prooemio, & hoc fine: *Donné en noſtre ville de Malines, le dernier jour d'Octobre M. CCCC. LXXX. & treize, & des regnes de nous Roy, aſſcauoir de celuy des Romeyns le viij. & deſdict d'Hungrie &c. le iij. Par le Roy; Monſieur le Conte de Naſſou Lieutenant General, en l'abſence de Monſieur le Duc de Saſſen; vous le Prince de Chimay; le Sire de Beueres; & aultres preſens. Anchemant.* Ibidem.

Item aliud ejuſdem anni: *Donné en noſtre ville de Malines, le xviij. de Septembre* 1493. *& des regnes.* Vt ante. *Par le Roy; vous le Prince de Chimay; le Sire de Walhain, premier Chambellan de Mon-* Ibidem.

ſieur, le Sire de Maingny, Preſident du grand Conſeil, en voſtre abſence; les Sires de Toulouton; de Berſelle; les Preuoſtz de Tricht & de Liege; & aultres du Conſeil, preſens. Numan.

Et anni 1494: *Donné en noſtre ville de Malines, le viij. iour d'Auril, l'an de grace M. CCCC. XCIIII. apres Paſques, & des regnes* &c. *Par Monſeigneur le Conte de Naſſou, Lieutenant General, en l'abſence de Monſeigneur le Duc de Saxen; le Sire de Walhain premier Chambelain de Monſeigneur; les Sires de Tournehem; & aultres de Conſeil. Numan.*

In ſcribat. cur Mech. Additur ubique in prooemio: *De Dalmatie, & Croatie*, quia Dalmatiæ, & Croatiæ Regna, jam inde ab anno 1090, perpetua unione, Hungariæ ſunt annexa, per Ladiſlaum, Geitzæ, Regis Hungariæ fratrem, ejuſque in illud Regnum ſucceſſorem, demortuo videlicet Zelomiro, Geitzę ſororio, Dalmatiæ, & Croatiæ Rege.

Sub annum 1491. MAXIMILIANVS, miſſâ in Britaniam, è Germania, legatione, cum Anna, Britonum Duciſſâ, matrimonium contrahit; eique Princeps Arauſionenſis, ex more Principum, armatus concumbit. Quo tempore, cum ea, MAXIMILIANVS edidit literas hoc titulo: *MAXIMILIEN & ANNE, par la grace de Dieu, Roy & Royne de Romains, Duc & Ducheſſe de Bretagne.*

Argentré en l'hiſt. de Bretagne. l. 12. fol. 782. verſo. Verùm hanc, ejuſque Ducatum, ſibi præoptans CAROLVS Rex, cauſatus nimiam Britonum cum Anglis ſocietatem, urbes ejus invaſit, & poſt diuturnam obſidionem, milite MAXIMILIANI Germano, ad deditionem coempto, Reneſium urbem, atque in ea, Duciſſam occupat: quam in uxorem ducit, MARGARETA, filiâ MAXIMILIANI, neglectâ; quo facto, periit ei omnis actio, quam habebat in Duacum, Inſulas, & Orchiacum, idque ex legibus fœderis anno 1482 percuſſi.

Adhæc paullò poſt, Atrebatum Rex amittit, aſtu à MAXIMILIANO interceptum. Et jam omnia ad longum, funeſtumq; bellum ſpectabant. quod vel ideo atrocius erat futurum, quia belli cauſa, nihilò minus opprobrii, quàm injuriæ conjunctum habebat. Implacabilis eſſe poterat, omnemque pacis mentionem aſpernari MAXIMILIANVS, niſi filiæ MARGARETÆ, adhuc in poteſtate Gallorum conſtitutæ, animum ſubeunte cura, paternus affectus, admiſſum jam vindictæ impetum, ad mitiora conſilia detorſiſſet.

Igitur de pace actum; quæ Senliaci 13. Maii, 1493, in certas leges convênit; quarum, inter alias, recenſet haſce Pontus Heuterus: *Rex CAROLVS, MARGARETAM AVSTRIACAM in manus Romanorum Regis, Archiducis PHILIPPI, aut Legatorum eorum, ubi, & quando placuerit, tradito &c. Reſtituat, pace publicata, Rex CAROLVS Romanorum Regi, ut Archiducis Patri ac Tutori, Comitatum Burgundiæ, Arteſiæ, Charoloy, ac Noerij &c. Heſdinium, Aira, ac Betunia in poteſtate Regis CAROLI manento, donec Archidux ætatis annum XX. attigerit, quod erit VIII. Kal. Iunij anno 1498 &c. Rex CAROLVS in poſſeſſione Comitatus Maſconij, Auxerræ, ac Barræ ad Se-* Rer. Belg. l. 5. f. 220.

quanam

quanam maneto, donec de jure harum ditionum, viâ juridicâ, ſit ſtatutum &c.

Pacis hujus tabulis promulgatis, deducta eſt MARGARETA, jam tredecim annos nata, per Regis Franciæ Legatos, ad Fanum S. Quintini. Inde Cameracum, & Valencenas, ac denique Mechliniam, ad fratrem ſuum PHILIPPUM, & MARGARETAM EBORACENSEM, CAROLI AUDACIS viduam, PHILIPPI educatricem.

Eodem anno 1493, obeuntis, Lintzii, III. Kalend. Septemb. FREDERICI III. Imp. ex aſſe hæres evaſit MAXIMILIANUS, eidemque in Imperio ſucceſſor; id enim jam tum receptum erat, ut electus in Regem Romanorum (qui nudus dumtaxat eſt titulus) etjam futurus Imperator, aut Cæſar diceretur, ſtatimque, ab Imperatoris morte, ei in Imperio ſuccederet. Quod ex præſcripto Aureæ Bullæ CAROLI IV. Imper. anni 1356. fit manifeſtum; illic enim Art. II. de electione Romanorum Regis, præcipitur: coram Electoribus, Miſſam decantari de Sancto Spiritu: *Quatenus ipſi, ſuo ſuffulti præſidio, hominem juſtum, bonum, & utilem eligere valeant, in Regem Roman. futurumque Cæſarem &c.* ac deinde, in formula juramenti, per Electores, ante electionem, præſtandi, ita eſt: *Iuro &c. quod ego, per fidem, qua Deo & Sacro Roman. Imperio ſum aſtrictus, ſecundum omnem diſcretionem, & intellectum meum, cum Dei adjutorio, eligere volo temporale Caput Populo Chriſtiano: id eſt Regem Roman. in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus &c.* Et poſt pauca. *præſtito deinde, per Electores, ſeu Nuntios, in forma & modo prædictis, hujuſmodi juramento, ad Electionem procedant, nec amodo de jam dicta Ciuitate Franckenford ſeparentur, niſi major pars ipſorum temporale Caput mundo elegerit, ſeu Populo Chriſtiano, Regem, videlicet. Romanorum, in Cæſarem promouendum &c.*

Haud ita multo poſt, ſociatâ ſibi vinculo conjugali, BLANCA, Galeatii-Mariæ Sfortiæ, Ducis Mediolanenſis filia, cum ea in Belgium reverſus, filium PHILIPPUM emancipatum, anno Chriſti 1494, ipſius verò PHILIPPI XVII. Decembri menſe, Lovanii, in Ducem, juſſit inaugurari.

Eo anno exſtant diplomata, adhuc utriuſque nomine conſcripta, ac majore ſigillo munita, prooemio ſuperiore, & hoc fine: *Donné en noſtre ville de Malines, le xviij. de Ianuier, l'an de grace M. CCCC. quatrevings & quatorze, & des regnes de nous Roy; aſſcauoir d'iceluy des Romains, le neufieſme; & de Hongrie &c. le cincquieſme. Par le Roy, & Monſieur l'Archiduc; le Conte de Naſſou; les Sires de Beueres, & de Berges, de Molembais, de Barſelle, de Maingny, Preſident du grand Conſeil en voſtre abſence; & aultres preſent. Numan.* In ſcribat. cur. Mech.

Signeto etjam uſi, nomine utriuſque, ut ſuprà, hac concluſione: *Donné en noſtre ville de Malines, ſoubz noz noms & ſignetz, armoyees de nos armes, le xxiiij. jour d'Aougſt, l'an de grace M. CCCC. XCIIII. MAXI. PHS.* In arch. urb. Brug.

 Habuit

Habuit & PHILIPPVS, quod ſignetum vocant, ante adventum MAXIMILIANI.



Brugis apud D. P. Lootyns.

Eo munitas inſpexi literas, quarum hic titulus: *De par l'Archiducq d'Auſtrice, Duc de Bourgoingne, de Brabant* &c. *Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, de Haynau* &c. *Eſcript en noſtre Chaſtel de Louuain, le xvij. jour de Iulet, l'an quatrevings & quinze. PHS. Ruitier.* Inſcriptio: *A noſtre ame & feal Chlr. Conſeillier, Chambellain, & Bailli de Bruges, le Seigneur d'Wtkercke.*

Quod videtur immutaſſe adventu MAXIMILIANI. Aliud

Ibidem.

enim exſtat additis ejus ditionum inſignibus:



Titulo, ut ſuprà: *De par* &c. *Donné en noſtre ville de Namur, ſoub noſtre nom, & le ſignet armoyé de nos armes, cy mis, le xxvj. jour d'Apuril M. CCCC. quatrevings & ſeize. PHS. Par Monſeigneur l'Archiducq. N. Lecaudrelier.*

Hiſce uſus, quamvis inauguratus eſſet Dux, nondum videlicet factis Ducalibus ſigillis.

PHILIPPVS PVLCHER, FLANDRIÆ COMES ſolus. Anno 1495.

ANno ſæculi decimiquarti, nonageſimo quarto, ſub exordium menſis Decembris, PHILIPPVM primùm quidem Brabanti Ducem, ac deinde menſe Ianuario, & ſequentibus etjam Flandri, Hollandi, Zelandi, &c. Comitem inaugurarunt.

Quo anno, ut & utroq; ſequenti, perſeveravit PHILIPPVS uti eo ſigillo, in quo ipſe puer juxta patrem ſedentem aſtat; ſuppreſſo tamen in litterarum exordio nomine MAXIMILIANI

In arch. urb. Brug.

hoc modo: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Archiduc d'Auſtrice,*

Duc de

Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Stirie, de Carinthe, de Carniole, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gueldres; Conte de Habſbourg, de Flandres, de Tirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Haynau; Landsgraues d'Elſace; Marquis de Burgau, & du S. Empire; de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kiburg, de Namur, & de Zutphen Conte; Seigneur de Friſe, ſur la marche de Slauonie, de Portenauw, de Salins, & de Malines. Huic diplomati hanc imponit coronidem: *En teſmoing de ce nous auons faict, mettre a ces preſentes, le ſeel, dont mon pere, & nous vſons conjunctement, en l'abſence de noſtre. Donné en noſtre ville de Malines, le 5. jour d'Aougſt, l'an de grace M. CCCC. quatrevings & ſeize. Par Monſieur l'Archiducq, à voſtre relation. Numan.*

Exemplo Patris titulos Paternos aſſumit vivo etjamnum Patre.

Iiſdem titulis aliud vidi, hujus anni, quod ita claudebatur: *En teſmoing de ce nous auons fait mettre le ſeel de noſtre treſredoubte Seigneur & Pere, & de nous, a ces preſentes. Donné en noſtre ville de Malines, le 13. jour de Septembre, l'an de grace 1496.* Ibidem.

Fuit tamen ab anno 1395, peculiare PHILIPPO ſigillum ſimplex, quod ſecretum appellat; ſymbolis: in medio, Burgundiæ veteris; ſuprà Auſtriæ; ad latera: Auſtriæ cum Burgundia nova, Stiriæ, Brabantiæ, Limburgi.



Eo vidi conſignatas tabulas ipſius & IOANNÆ Hiſpaniarum Infantis; itemque MARGARETÆ ſororis ejus & IOANNIS Hiſpaniarum Principis antenuptiales; quarum titulos, quod plurimum faciant ad explicationem inſcriptionum, quæ ex ſequentium annorum diplomatibus adferentur, viſum fuit operæ pretium hic exhibere: *PHILIPPVS Dei gratia, Dux Burgundie, Lotharingie, Brabantie, Carintie, Carniole, Stirie, Limburgie, Lucemburgie, & Gheldrie; Comes Flandrie, in Habsburg, Tyrolis, Phiretis, in Kiburg, Arthesij, & Burgundie, Palatinus, Hannonie, Hollandie, Zelandie, Namurci, & Zutphanie; Marchio ſacri Romani Imperij, & Burgouie; Lantgrauius Alſacie; Dominus Friſie, Marchie Sclauonie, Portuſnaonis, Salinarum,* Gand. in arch. Flan.

rum, & Mechlinie &c. & MARGARITA, eadem gratia, Principiſſa Hiſpanie, Aſturiarum, & Gerunde, Archiduciſſa Auſtrie, Duciſſa Burgundie, frater & ſoror ex una. Et ego Franciſcus de Rojas, Sacrarum Majeſtatum, Sereniſſimorum, Excellentiſſimorum, ac Potentiſſimorū, Principum, & Dominorum, Domini FERDINANDI, & Domine ELISABETH Dei gratia, Regis & Regine Caſtelle, Legionis, Aragonum, Sicilie, Granate, Tolleti, Valentie, Gallicie, Majoricarum, Hiſpalis, Sardinie, Cordube, Corſice, Murcie, Gienne, Algarbi, Algezire, Gribaltaris & Inſularum Canarie; Comitis & Comitiſſe Barcinone, Dominorum Viſcaye, & Moline, Ducum Athenarum & Neopatrie, Comitum Roſſilionis, & Ceritanie, Marchionum Oriſtanni, & Gociani, ſupra memoratorum Dominorum meorum Orator, Conſiliarius, & Procurator Generalis & ſpecialis; nec non & Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis, & Domini, D. IOANNIS, Principis Hiſpanie, Aſturiarum, & Gerunde, primogeniti, & heredis, Regnorum Caſtelle, Legionis, Aragonum, Sicilie, Granate &c. Domini mei, & Illuſtriſſime ac Ecellentiſſime Domine Infantis, Domine IOHANNE, Infantis Hiſpanie, Caſtelle, Legionis, Aragonum, Sicilie, Granate &c. Domine mee, filij & filie Sacrarum Majeſtatum, dictorum Principum, Recognoſcimus & notum facimus univerſis, quemadmodum Sereniſſimus, Potentiſſimus & Invictiſſimus Princeps, & Dominus MAXIMILIANVS, divina fauente clementia, Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, ac Vngarie, Dalmatie, Croatie &c. Rex, Archidux Auſtrie, Dux Burgundie, Lotharingie, Brabantie, Styrie, Carinthie, Carniole, Limburgie, Lucemburgie, & Geldrie; Comes Flandrie, in Habsburg, Tyrolis, Phiretis, in Kiburg, Artheſij, & Burgundie, Palatinus, Hanonie, Hollandie, Zeelandie, Namurci, & Zutphanie; Marchio Sacri Rom. Imperij, & Burgouie; Lantgrauius Alſatie; Dominus Frizie, Marchie Sclauonice, Portuſnaonie, Salinarum, & Mechlinie &c. Dominus & Genitor Glorioſiſſimus, Domini noſtri PHILIPPI, & MARGARETE Archiducum Auſtrie, Ducum Burgundie prefatorum. Ac etjam nos iidem PHILIPPVS & MARGARETA, Archiduces Auſtrie, Duces Burgundie &c. ex una, & ego Franciſcus de Rojas predictus, Procuratorio nomine, & loco Sacrarum Majeſtatum dictorum Sereniſſimorum Dominorum, Domini Regis, & Domine Regine Hiſpaniarum, & Sicilie &c. ac Celſitudinum dicti IOHANNIS, Principis Hiſpanie, Aſturiarum & Gerunde, & dicte Domine IOHANNE, Infantis Hiſpanie, filiorum ſuorum, partibus ex altera, vere & realiter concordati ſumus, finaliter concluſimus, legitime & realiter fecimus, contraximus, & ſolempniter celebrauimus & conpleuimus in facie Eccleſie, cum omni vero, pleno, & integro effectu, ſecundum ſtatuta & precepta Sancte Matris Eccleſie, matrimonium & vera ſponſalia, per verba de preſenti, inter nos, Dominum PHILIPPVM Archiducem Auſtrie, Ducem Burgundie &c. & me prefatum Franciſcum de Rojas, procuratoro nomine, & loco antedicte Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine Infantis, Domine IOHANNE, Infantis Hiſpanie. Ac etjam matrimonium & vera ſponſalia per verba de preſenti, inter me jam dictum Franciſcum de Rojas, procuratorio

curatorio nomine, & loco prefati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini IOHANNIS, Principis Hiſpanie, Aſturiarum, & Gerunde, & nos dictam MARGARETAM, Principiſſam Hiſpanie, Aſturiarum, & Gerunde &c. *Archiduciſſam Auſtrie, Duciſſam Burgundie, nec non concordauimus quoad dotes, contradotes, ſeu donationes propter nuptias, & quoad jocalia & klenodia, & quoad permutationem ſtatus viduitatis, ſi contingeret, & quoad ſucceſſores, & alia tangencia eadem ambo noſtra matrimonia Atque etjam concordauimus & concluſimus, ſimul & realiter fecimus, inter Sacras Majeſtates Domini Regis Romanorum, atque etjam Domini Regis & Domine Regine Hiſpaniarum & Sicilie, prefatorum, nec non filios, heredes, & ſucceſſores ſuos & noſtros, PHILIPPI & MARGARETE, Archiducum Auſtrie, Ducum Burgundie, ac etjam inter omnia Regna, domus, patrias, & dominia ſua & noſtra, veram fraternitatem, integram vnionem, & amicitiam, ac perpetuas intelligentias, ligas, & confederationes generales & particulares &c.*

Hiſce verò tabulis ſupra-memorati contrahentes, propriâ manu ac ſtylo, hæc verba ſubſcripſère; ac primo quidem loco PHILIPPVS, in hanc ſententiam: *Et nos PHILIPPVS Archidux Auſtrie, Dux Burgundie* &c. *prefatus, matrimonium, ſupra de perſona noſtra, & Excellentiſſima Domina IOANNA, Infante Hiſpanie, Archiduciſſa & conjuge noſtra cariſſima, realiter, per verba de preſenti contractum, nec non premiſſa omnia & ſingula, veluti preſcribuntur, laudamus, ratificamus, & per manum propriam, recognoſcimus. PHS.*

MARGARETA verò ſic: *Et nos MARGARETE Princeſſe, Archiduceſſe d'Auſtriche, conſantons, prometons, & feſons mariage d'entre mondit Sinur IAN, Prince d'Eſpaigne, & en ſamble tous le poins & articles deſſus dis, ſelon ſes forme & teneur. En teſmoin de ce nous avons ces preſante ſinez de notre main. MARGVERITE.*

Ita quoque Orator: *Et ego Franciſcus de Rojas, Orator & Procurator prefatus, matrimonium ſupra inter Illuſtriſſimos, ac Excellentiſſimos Principes & Dominos, Dominum PHILIPPVM Archiducem & Dominam Infantem IOANNAM Archiduciſſam Auſtrie, Duciſſam Burgundie &c. legitimam & veram ſponſam ac conjugem ſuam, ac etjam matrimonium inter Illuſtriſſimos & Excellentiſſimos Principes & Dominos, Dominum IOHANNEM Principem Hiſpanie, Aſturiarum, & Gerunde, & Dominam MARGARETAM Principiſſam Hiſpanie, Aſturiarum & Gerunde, realiter & legitime per verba de preſenti contracta, nec non premiſſa omnia & ſingula ſupraſcripta, procuratorio loco & nominibus quibus ſupra, laudo, approbo, ratifico, & per manum propriam recognoſco.*

Quibus ita ſubjunxit MAXIMILIANVS: *Nos MAXIMILIANVS Romanorum Rex preſcripta recognoſcimus p. m. p.* Id eſt: Per manum propriam.

In ima tabula, Henricus Bergius, Cameracenſis Epiſcopus, qui eos conjunxit, hæc exaravit: *Ita eſt H. Epũs Cameracen.*

Pactis hunc in modum, per Legatum, nuptiis, Cæſar in Ger-

maniam

maniam eſt reverſus; quô, paullò poſt eum ſecutus eſt PHILIPPVS; unde anno 1496, menſe Octobri in Belgium redux, reperit ibidem ſponſam ſuam IOANNAM ARRAGONICAM, quacum Liræ primùm in Brabantia, nuptias celebravit, exiguo tum quidem apparatu; ſed quæ poſtea, Bruxellis, regiâ planè magnificentiâ fuerunt inſtauratæ.

Hic PHILIPPVS, in Sanctiore ſuo Concilio, majus ſigillum diplomatibus ſuis adhibuit, hac figurâ:





Fol. 57. Inſignia PHILIPPI Archiducis à D. Chiffletio ita deſcribuntur: *Scutum quadripertitum. I. quadrans, Auſtriæ recentioris II. Burgundiæ recentioris. III Burgundiæ veteris. IV. brabantiæ. Parmulâ Flandricâ reliquis impoſitâ.*

Claſſis erat navium quinque ſupra triginta, quæ, expoſitâ in Belgio IOANNA, MARGARETAM præſtolabatur, ad ſponſum

ſum ſuum IOANNEM, in Hiſpanias tranſmittendam. Provectas in altum naves, tam fœda excepit procella, ut in ſummum capitis diſcrimen vectores omnes adducerentur: dumque, præter naufragium aliud nihil exſpectatur, fertur generoſa Heroina, inſigni virilis conſtantiæ indicio, hoc ſibi interim, lepidiſſimo acutiſſimoque diſticho, Epitaphium Gallicè luſiſſe:

ICY GIST MARGO NOBLE DAMOISELLE,
DEVX FOIS MARIEE, ET MORTE PVCELLE.

Tandem ſuperatis difficultatibus cum in Hiſpaniam appuliſſet, à Rege & Regina Burgos deducta, Hiſpaniarum Principi IOANNI, dubium majori ſplendore, an omnium popularium congratulatione nupſit. Verum, quæ eſt rerum, etjam Regiarum, miſera conditio, IOANNE eodem nuptiarum anno vivis erepto, tam lætos hymenæos funus longè mœſtiſſimum excepit. Nec hîc ſtetit infortunium; ſed ad hæc, MARGARETA jam tum imprægnata, ex animi dolore; fœtum maſculinum immaturo partu enixa, alterum toti Hiſpaniæ gemitum ex novo luctu expreſſit, gemini Principis jacturam, ad unius caſus invidiam, exaggeranti.

Defuncto IOANNE ejuſque ſemine, in herba (quod aiunt) intercepto, Hiſpaniæ Principatus ad IOANNAM, FERDINANDI & ELISABETHÆ majorem natu filiam ſuperſtitem, PHILIPPI uxorem, devênit.

Abſtiuuit tamen in Belgio hoc titulo PHILIPPVS, ubi diplomatibus ejus ſigillo majori roboratis non alius præludit titulus, quas præcedens; vidi cum hiſce clauſulis: *Donné en noſtre ville de Bruges, le xxij. jour d'Avril, l'an de grace M.CCCC. quatrevings & dix ſept, apres Paſques. Par Monſeigneur l'Archiduc, a la relation du Conſeil. De Hondecoutere.* Brug. in Hoſpitali S. Ioannis.

Item: *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le xxviij. de Ianuier 1497. Par Monſeigneur l'Archiduc, vous, le Preuoſt de Liege, & de S. Donas; Meſſire Thibault Barradot maiſtre d'Hoſtel; le Preuoſt de Louuain; Hues de Mont; Rolant le Febure; & aultres du Conſeil preſens. Numan.* In arch. urb. Brug.

Vidi & anni 1478: *Donné en noſtre ville de Bruges, le xv. jour de Maij M.CCCC. quatrevings & huict. Par Monſeigneur l'Archiduc; vous, Monſieur le Conte de Naſſou; le Sires de Berges, de Berſelle; les Preuoſts de Liege, & de Louuain; Meſſire Thibault Baradot; & aultres preſens. Hanneton.* Ibidem.

Et: *Donné en noſtre ville de Bruxelles. Par Monſeigneur l'Archiduc, vous, le Conte de Naſſou; l'Eſleu de Beſançon; les Sires de Molenbais, de Berſelle; Meſſire Thibault Baradot maiſtre d'Hoſtel; & aultres du Conſeil preſens. Numan.* Ibidem.

Hoc anno MAXIMILIANVS Cæſar, tum ſuo, tum PHILIPPI nomine diplomata dedit; dum è finibus Helvetiæ in Ducatum Burgundiæ ſuſceptâ expeditione, eundem filio ſuo aſſerere conantem, Helvetiorum, Gallicâ pecuniâ corruptorum, & ex impro-

improviſo, ſtipendia exigentium, tergiverſatio, ab incepto deſiſtere coëgit.

Exſtat ejus diploma, quo Guilielmum Vergiacum, Burgundiæ Mareſcalcum, ut ajunt, conſtituit, hoc initio: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romains touſiours Auguſte, de Vngrie* &c. *& PHILIPPE* &c. *Donne en noſtre ville de Angu'ſen, le xix. jour de Iuin, l'an de grace* 1498. *& des regnes de nous Roy, aſcavoir de celuy des Romains le XIII. & deſdicts d'Hungrie* &c. *le IX. Par le Roy; & Monſeigneur l'Archiduc. Marmier.*

DuChesne en l'hiſt. de Vergy. l. 7, f. 309.

Ibidem. Folio 311. Item ejuſdem diei: *Donné en noſtre ville de Fribourg, le XIX. jour de Iuin.* &c. 1498.

Ibid. 341. preuues. Item: *Faict a Enghesſen, le 1. jour de Iuillet*, 1498.

Ibidem. Et, procemii adhuc ejuſdem: *Donné a Thionville, le v. d'Octobre* 1498.

Eſt & ſolius MAXIMILIANI, ejuſdem anni, hoc modo: *Nos MAXIMILIANVS* &c. Vt antè 1486. *Fatemur pro nobis, & Illuſtriſſimo PHILIPPO, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, & Brabantiæ, filio noſtro chariſſimo, & Principe, & amborum noſtrorum hæredibus, & ſucceſſoribus, tenore præſentium, & notum facimus univerſis, quod cum nos, & dictus filius noſter chariſſimus, præteritis temporibus cum illuſt. Wilhelmo Duce Iuliaceñ. & Monteñ. & Ioanne Duce Cleueñ. Principibus, & conſanguineis noſtris chariſſimis, occaſione dicti noſtri Ducatus Geldriæ, & in noſtro oppido Louanseñ. tractatum ereximus, fecimus, & collocuti ſumus &c. In quorum teſtimonium binas literas, ejuſdem tenoris, fecimus, & expedivimus, & eas appenſione Regij noſtri ſigilli communivimus, & manu noſtra propria ſubſcripſimus, & præfatis noſtris conſanguineis chariſſimis, & cuilibet eorum, unas tradidimus. Datum Friburgi Briſgoiæ, die Martis ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, anno, à nativitate Domini, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo, Regnorum noſtrorum Romani decimo tertio, & Hungariæ nono.*

In aſſert. jur Geld. folio 48.

Regium MAXIMILIANI ſigillum antehac eſt demonſtratum, quod non mutavit, quamvis in Imperio Patri ſucceſſiſſet.

PHILIPPVS, hoc tempore, uſus eſt & ſigillo minore, quod mihi communicavit D. Petrus Lootyns.



Litteris id muniendis ſerviebat.

Ejus, anno 1499, reperio datum diploma latinum, quod ita in capite, alio ordine, quàm anno 1395: *PHILIPPVS, Dei gratia, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carintiæ,*

In arch. urb. Brug.

rintiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, & Geldriæ; Comes Habsburgenſis, Flandriæ, Tyrolis, Artheſij, Burgundiæ, Palatinus, & Hannoniæ; Lant-grauius Alſatiæ; Marchio Burgouiæ, & Sacri Romani Imperij, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferrettæ, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ Comes; Dominus Friſiæ, Marchiæ Sclauoniæ, Portuſnaoniæ, Salinarum, & Mechliniæ. &c. *In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum in oppido noſtro Bruxellis, die xiiij. menſis Octobris, anno Domini M.CCCC.IC. Per Dñm. Archiducem. Numan.*

Exſtat & ejus Flandricum, anni 1500, hoc modo: PHLIPS bijder gratien Godts/ Ertſ-Hertoghe van Ooſtenrijck/ Hertoghe van Bourgoingnen/ van Lothrijck/ van Brabant/ van Stiere/ van Carenten/ van Crain/ van Limburg/ van Lutſenburg/ ende van Geldre; Graue van Habſburgh/ van Tirol/ van Ferrette/ van Kiburg/ van Artois/ van Bourgoingne/ Palatyn/ van Henegauwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zutphen; Marc-Graue des H. Rooms Rijcx/ ende van Burgauw. Lant-Graue van Elſaten; Heere van Vrieſlandt/ van Opderwindiſchmarck/ van Portenauw/ van Salyns/ ende van Mechelen. Ghegheuen in onſer Stad van Bruſſel/ drie daghen in Nouembre/ in't jaer ons Heeren M. CCCCC. In arch. urb. Brug.

Item Gallicum, anni 1501, titulis eiſdem: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Archiduc d'Auſtrice, Duc de Bourg.* &c. Vt ſupra, cum Patre, anni 1486. *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le xxvij. jour de Septembre M.CCCCC.I. Par Monſeigneur l'Archiduc; l'Archeueſque de Beſançon; le Marquis de Bade, vous, le Conte de Naſſou; Meſſire Phe, Baſtart de Bourgoingne; maiſtre Iehan de Sauuage, Preſident de Flandres; Ierõme Lauryn Threſorier Gñal des Finances; & aultres preſens. Hanneton.* Ibidem.

Poſtquàm, XXIII. Febr. 1499, Gandavi natus fuiſſet PHILIPPO & IOANNÆ, CAROLVS, ita nuncupatus, à CAROLO AVDACE, cujus vidua MARGARETA EBORACENSIS, unà cum Carolo Croyaco, Chimay Toparcha, Chriſtianæ initiationis teſtis ei fuerat, in die luſtrico: PHILIPPVS, cum uxore IOANNA, menſe Novembri 1601, in Hiſpaniam, per Gallias contendit; Engelberto Naſſovio, Belgicarum Provinciarum Gubernatore deſignato; qui diplomata, nomine ſuo edita, PHILIPPI ſigillo minore, ante exhibito, conſignavit; prout vidi hoc titulo: *De par le Conte de Naſſou & de Viane, Seigneur de* Brugis *Breda & Dieſt, Lieutenant General. Eſcript à Malines, le iij. jour d'Au-* apud D P. *ril, anno M.D.II. auant Paſques. E. de Naſſou. I. Anchemant.* Epi- Lootijns. graphe ſic habet: *A noſtre treſchier & bien ame, Meſſire Iean de Claerhout Cheualier; Seigneur de Putthem, & d'Aſſenbrouck, Conſeiller & Chambellan de Monſeigneur l'Archiduc, & ſon Bailly de Bruges & de Francq.*

Toletum advênit PHILIPPVS, cum uxore, 7. Maii 1502, ubi, à Rege FERDINANDO, atque Regina ELISABETHA,

maximâ omnium congratulatione, ſummoque triumpho ſunt excepti. Hic, menſis ejuſdem, die, ſupra vigeſimam, ſecundâ, Rex & Regina, generali Ordinum Hiſpaniæ conſenſu, declarant PHILIPPVM, ejuſque uxorem IOANNAM, eorumque liberos, veros hæredes Caſtellæ, eoque ſpectantium Hiſpaniæ Regnorum; titulo Principum Hiſpaniarum eiſdem aſſignato: quo nomine urbium Prouinciarumque Legati, ſacramentum eis dicunt. Ab eo tempore, diplomatum prooemia, Principis Hiſpaniarum, titulo, PHILIPPVS, adauxit. Exſtant enim ejus, ex Hiſpaniis miſſa,

In arch. urb. Brug. diplomata; hac inſcriptione: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Archiduc d'Auſtrice; Prince de Caſtille, de Leon, d'Arragon* &c. *Duc de Bourgoingne, de Lothier* &c. Vt ſupra. *Donné a Thoulette, ou mois de Iuin, M.CCCCC.II. Par Monſeigneur l'Archiduc. Hanneton.*

Ibidem. Item: *Donné a Caigne en Caſtille, ou mois de Septembre, l'an de grace* 1502. *Par Monſeigneur l'Archiducq. L. de Blioul.*

Relictâ, in Hiſpania, uxore gravida, quæ ibi FERDINANDVM peperit; per Gallias, in Germaniam profectus, Oeniponte, MAXIMILIANVM Patrem, PHILIPPVS inviſit, an. 1503. menſe Septembri; unde in Belgium, & IX. Novembris Mechliniam appulit; ubi CAROLVM, aliaſque ſuas proles eſt amplexus, quas MARGARETA EBORACENSIS, paullò poſt ibidem defuncta, educabat.

Mechliniæ, in Curia, ſigillum habuit hac figurâ:



Additur, in abſentia magni; quia, PHILIPPO adhuc minore, eo ſigillabant, in quo MAXIMILIANO Patri, puer PHILIPPVS adſtat; ut ex præcedentibus apparet; diplomatibus hac præ-

In ſcribat. cur Mech. ſtructâ fronte: PHILIPS byder gratien Godts/ Erts-Hertoghe van Ooſtenrijck/ Hertoghe van Burgondien &c. Ghegheven in onſe Stadt van Mechelen/ den 17. dach van September 1504. By mijn

Heere

Heere den Erdtſ-Hertoghe ter relatie vanden Rade. J. Letten.

Ejus, in Curia Brabantica, frequentatum ſigillum, ſuppeditavit mihi D. Gryſpere inſignis Antuerpiæ, adamantum, achatum; ac ejuſmodi pretioſorum lapidum, anaglyptes. Inſcriptione Flandricà, ut ante anni 1500, & hac clauſulâ: Aldus gheteeckent van mijn Heere den Ertſ-Hertoghe ter relatie vanden Rade. Ja. Hugoet. In arch. urb. Brug.





Circa hæc tempora, MAXIMILIANVS literas, è Germania, in Belgium miſit; quales vidi inſcriptas: *De par le Roy. Donné en* In arch. urb. Brug.

né en noſtre ville de Augsburg, le xj. de Nouembre 1502.

Gand. in arch. Flan. Item latinè: *MAXIMILIANVS, diuina fauente clementia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ* &c. *Comes* &c. *Datæ in ciuitate noſtra Imperiali Ratisbona, die* 12. *Septembris, anno Dñi. M.CCCCC. IV. regnorum noſtrorum, Romani XIX, Hungariæ vero &c. quinto decimo.*

Ibidem. Vidi & ejuſdem proœmii, ita deſinens: *Datum in felicibus caſtris noſtris in finibus Alpium Rheticarum, die* 25. *Octobris M.CCCCC.IV. regnorum* &c. ut ſupra. Cum Regio ſemper ſigillo.

Ibidem. Sic & anni 1406, Gallicè: *MAXIMILIAN par la grace de Dieu, Roy des Romains* &c. *Donné en noſtre ville de Wien, le viij. de Feburier M.CCCCC VI. des regnes de Romains xx. d'Hungrie* &c.

Ibidem. Et anni ſequentis latinè, hoc modo: *MAXIMILIANVS diuina fauente clementia, Romanorum Rex, & futurus Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ* &c. ut ante, niſi quod hic dicatur: *Marchio Sacri Romani Imperij ſuper Anaſum & Burgouiæ* &c. *Datum in oppido noſtro de Meminghen, die* 18. *Decembris M.CCCCC.VII.*

Anno 1504. V. Kal. Decembris: moritur ELISABETHA Hiſpaniæ Regina, quæ FERDINANDO, in dotem, attulerat Regna Caſtellæ, Legionis &c. Hæc, ne fortaſſis in dubium verteretur, an in Regnum IOANNA poſſet ſuccedere, eam hæredem ex aſſe ſcripſit, unaque PHILIPPVM, ejus Maritum; addito, ſi valetudine, abſentiave, aut aliam ob cauſam, IOANNA impediretur, aut nollet Regni curam ſuſcipere, ut ejus nomine, & loco FERDINANDVS Rex, Rempublicam procuraret, dum CAROLVS nepos viginti annos natus eſſet. Eo teſtamento lecto, erant confeſtim, qui FERDINANDO Regi ſuaderent, ut eo neglecto, non procuratoris aut adminiſtratoris nomen, ſed Regis Caſtellæ aſſumeret, id ad tuendam authoritatem ei commodum fore, præſertim cùm è Caſtellæ Regibus, per viros ſtemmate ducto, ſerie continuâ oriundus eſſet; fuerat enim FERDINANDI Pater IOANNES, hujus FERDINANDVS, filius IOANNIS Regis Caſtellæ, & cauſâ uxoris Eleonoræ, etjam Arragoniæ; unde utrumque genus, & Caſtellæ & Arragoniæ, derivatum. Verùm FERDINANDVS, conſilia illa contemnens, ne quod dubitationi tempus daretur, poſt prandium ejus diei, quo Regina manè obiit, juſſit, in foro, explicatis Regiis vexillis, IOANNÆ, & PHILIPPI ejus viri, nomina, ex gentis inſtituto, inclamari; deinde III. Idus Ianuarii ſequentis, proceres Regni Taurum convocavit, ubi lecto Reginæ teſtamento, approbatâ defunctæ voluntate, urbium procuratores, IOANNÆ, in Belgio abſenti, ſacramentum dixerunt, quaſi Matris hæredi, & Caſtellæ Reginæ, ac PHILIPPO ejus viro, conjugii jure; præterea Regi Catholico FERDINANDO, nomine adminiſtrationis.

Interea erant & in Hiſpania proceres, à conſiliis PHILIP-

PI,

PI, qui Regni adminiſtrationem univerſam ad novum Regem ablegabant, ut juſtæ Reginæ virum, prudenter facturum FERDINANDVM, ſi in Arragoniam concederet, unum Caſtellæ regnum, duos ſupremos rerum moderatores ferre non poſſe; quę dum hinc inde diſcutiuntur, veriti Optimates, ne diſſenſio, ex teſtamento, inter Regem, PHILIPPI ſocerum, & PHILIPPVM oriatur, his legibus, ita controverſiam componunt, ut habet Pontus Heuterus: *Princeps PHILIPPVS, nil, ſine ſoceri FERDINANDI voluntate nec conſilÿs, in Hiſpania agito. Hiſpaniæ Regni titulus communis eſto. Regni vectigalia æqua portione diuidunto, idemque de nouarum Inſularum, in mari Indico repertarum, reditibus faciunto. Donatio muniorum D. IACOBI Calatrauæ, ac Alcantaræ, juris FERDINANDI manento* &c. Rerũ Belg. l.6.f.269.

Dum hæc in Hiſpania aguntur, PHILIPPVS Bruxellæ, 14 Ianuarii, an. 1504, ELISABETHÆ, in Templo S. Gudulæ, ſummo cum apparatu, juſta perſolvit. Quibus finitis, ibidem à præcone caſtrenſi, PHILIPPVS publicè, Ducali capitis tegumento exuitur, atque induitur Regali; deinde & ipſe, & ejus uxor ter Reges Caſtellæ, Legionis, Toleti, Granatæ, acclamantur; quibus titulis, ut & Principis Arragoniæ, deinceps in diplomatibus eſt uſus. Vidi cum hac præfatione, ſuppreſſo in Belgio IOANNÆ nomine: *PHILIPPE par la grace de Dieu, Roy de Caſtille, de Leon, de Grenade* &c. *Archiduc d'Auſtrice; Prince d'Arragon; Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Stire, de Carinthe, de Carniole, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gueldre; Conte de Flandres, de Habsbourg, de Thirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Haynau; Lantgraue d'Alſate; Marquis de Burgau, & du S. Empire; de Hollande, de Zeelande, de Ferrette, de Kiburg, de Namur, & de Zutphen Conte; Seigneur de Friſe, ſur la marche de Slauonie, de Portenauw, de Salins, & de Malines. Donné en noſtre ville de Malines, ſoubs noſtre ſeel, dont auons uſé juſques a preſent, le troiſieſme jour de Mars, l'an de grace 1504. & de noſtre regne le premier. Par le Roy a la relation du Conſeil. I. Letten.* Cum Archiducali ſigillo Mechlinienſi. In ſcribat. cur Mech.

Vidi & cum ſigillo PHILIPPI ſecreto, quod adhibitum fuit contractui ejus matrimoniali, hoc fine: *Donné a Bruxelles, le xvj. jour d'Octobre M.CCCCC.V.* Gand. in arch. Flan.

Poſtmodùm pro rebus ſecretioribus, ſigillo minore uſi ambo, quod ſignetum appellarunt.



Gand. in arch. Flan. Eo D. Ioannes Sauvaſius, inter alios Regis Catholici conſiliarios & Legatos, communivit pacem Cameracenſem, anni 1508; hiſce verbis, ad hoc ſigillum, adnotatis: *Signet du Roy Catholicque emprunté en l'abſence du mien.*

Alioquin pro publicis rebus majus PHILIPPO ſoli & Auguſtum planè, factum eſt ſigillum, hoc modo:





Exſtat

Exſtat id Brugis ad diploma, cujus inſcriptio eadem quæ ſuperior: *PHILIPPE* &c. cum hac clauſula: *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces pñtes. Donné en noſtre ville de Malines, le xxiij. jour d'Aougſt, l'an de grace* 1506. *& de noſtre regne le ſecond. Par le Roy; le Sire de Chieures, Lieutenant General; vous; & aultres, preſens. Keſele.* In arch. urb. Brug.

Hollandi, in ſuæ Curiæ ſigillo, ſcutum PHILIPPI Regis, navi impoſuere.





Diplomatibus hoc ſigillo munitis in hanc ſententiam præfati: Die Raede des Coninck &c. ghecommitteert ten ſaecken ſijne k. m. Landen van Hollandt/ Zeelandt/ ende Vrieſlandt &c. Opden xxiiij. dach in Januario 1505/ naer 'tſchrijven des Hofs van Hollandt. By mijne Heeren vanden Raede van Hollandt/ Zeelandt/ ende Vrieſlandt. In ſcribat. cur. Mech.

Ad navis latus Leo eſt Hollandicus, Hannonico intermixtus.

Aderant literis hoc ſigillo conſignatis, & aliæ quas executo- Ibidem.

 riales

riales vocant, datæ eodem die, proœmio, ut ſupra; ſed deſineſtes in hunc modum: Ghegheven inden Haghe/ onder tſignet hier aen ghehanghen. A quibus minus hoc ſigillum dependebat.



Porrò PHILIPPVS, ſæpius à FERDINANDO, ſocero ſuo, in Hiſpaniam vocatus, tandem, cum uxore IOANNA, decimâ Ianuarii die, anni 1505, more gallico, naves, ad id Middelburgi, in Zelandia, præparatas conſcendit; indeque primò in Angliam, deinde in Hiſpaniam eſt delatus; ubi ſumma omnium congratulatione, & gaudio, cum uxore ſua IOANNA, fuit exceptus.

Gand in arch. Flan. Hic eorum ſigilla, utriuſque nomine, fuerunt inſignita; quamquam diplomatibus in Belgium miſſis, ſolius PHILIPPI nomen inſcriptum ſit; vidi litteras ejus, anni 1506, Benevento miſſas, propriâque ejus manu ſubſignatas: *Yo el Rey*. Cum hoc ſigillo:



Vmbilicum occupat Caſtella; latera hinc inde: Legio, & Granata; Auſtria & Burgundia antiqua; eo modo, quo in ſigillo PHILIPPI magno, cujus ſcutum ſic depingit Chiffletius: *Scutum quadrifariam*

drifariam ſectum. I. & IV. Quadrans quadripertitus. 1. & 4. laterculus rurſum quadripertitus Caſtellæ & Legionis ſymbolis: 2. & 3. bipertitus Aragonicâ & Siculâ teſſerâ. Horum quadrantum imo inſertum triangulare ſcutum argenteum, cum punico praſino, ramulo & foliolis viridibus ſuſtentato, hiante cortice, granulis coccineis. II. & III. quadrans, quadripertitus. 1. laterculus Auſtriæ recentioris: 2. Burgundiæ novæ. 3. Burgundiæ antiquæ. 4. Brabantiæ. Scutulum Flandrico & Tyrolenſi ſymbolo bipertitum, medio quadrantis impreſſum.

De Caſtellâ, Legione, aliiſque Hiſpaniæ Regnis, plura dicendi locus erit ad annum 1516, quo FERDINANDVS obiit, IOANNÆ Pater, qui, defunctâ licet uxore, in titulis tamen ſuis dotalia ejus Regna non omiſit.

Cum eo PHILIPPVS agens in Hiſpania, ne duos uno tempore Reges haberet Caſtella, præcedentes pacis conditiones, primatibus ita cenſentibus, & conſentiente FERDINANDO, hunc in modum immutavit: *Rex FERDINANDVS Caſtellæ Regnorum adminiſtratione, omnique jure, quod in ijs habere poteſt, cedito, e Caſtella migrato &c. Regnum Neapolitanum, cum Sicilia, Rex FERDINANDVS habeto. Indiæ Occidentalis vectigalia FERDINANDO cedunto. Donatio dignitatis Equitum ordinis D. IACOBI Alcantaræ ac Calatrauæ, juris FERDINANDI maneto. Quotannis, è Regno Caſtellæ, viginti quinque millia aureorum Ducatorum recipito &c.* Heuterus rerũ Belg. l. 6. t. 277.

Quibus promulgatis, ſtatim in Arragoniam deceſſit FERDINANDVS; ſoli PHILIPPO, Maternorum Regnorum adminiſtratione relictâ.

Poterat jam PHILIPPVS, tot Regnôrum, ditionumque, ex improviſo hæres, atque eorundem de cauſa, perpetuo, quaſi, triumpho, per Principes Hiſpaniæ civitates circumvectus, tám ſecundo rerum omnium afflante Favonio, exiſtimare, ſe plenis velis, in ipſo felicitatis portu navigare, ſibique videri, ſupra humanam conditionem, beatus, utpote quem, preter admirabiles, vereq; Regias animi dotes, ea corporis, morumque, ex venuſtate orta majeſtas, omnibus eum intuentibus, ita commendabat: ut PVLCHRI cognomentum, ſolus ipſe, quaſi per excellentiam, & ferret & mereretur; ſed fortunæ, aliquamdiu lenocinantis perfidus finis tantæ felicitatis curſum, fœdo naufragio labefactavit; utique cùm Burgis menſe Auguſto, anni 1606, ſole per Sirium æſtuante, exercitationis ergô, alteri pilâ colludit, calor primùm, tum ex calore ſitis, deinde è frigidâ, ad eam diluendam, avidiùs hauſtâ, febris, eâque ingraveſcente, mors, pulcherrimum robuſtiſſimumque corpus humi dejecit.

Conditum id Burgis, apud Carthuſianos, quos paullò ante, pietatis cauſâ, cum uxore Regina viſitavit; cor verò, corpori exemptum, Brugas, natalem ei urbem, tranſmiſſum, ibidem, in æde Deiparæ ſacrâ, tumulo materno eſt illatum.

CARO-

CAROLVS poſtea V. Imp. PHILIPPI I. filius, COMES FLANDRIÆ XXXIII. Anno 1560. Cum avo MAXIMILIANO Imperatore.

CAROLVM, poſtea V. Imperatorem, annus M.D. XCIX. gallico calculo, noſtro M.DC. ſæcularis: menſiſque Februarii lux, ſupra vigeſimam, tertia, Gandavi, urbe Flandriæ primariâ, mundo dedit; quem deinde Martii ſeptima, in æde D. Ioannis, ibidem principe, per ſalutarem fontis luſtrici expiationem, Sacris Chriſtianis priùs initiatum, aureo Phryxæi velleris torque, unà cum Luxemburgici Ducis titulo, exornavit.

Ipſum quidem, quod Patrem, anno 1506, puer adhuc amiſerit, hoc titulo uſum fuiſſe non reperio; aliorum tamen, ut Regis Galliarum LVDOVICI, ANNÆ Reginæ, Franciſci Aurelianenſis, Ingelberti Clivii diplomatibus, anno 1504, ratione ſponſalium inter ipſum CAROLVM, & Claudiam, Regis LVDOVICI filiam concluſorum, confectis inſcriptum vidi: *CHARLES Duc de Luxembourg.*

Patre vitâ perfuncto, mox Archidux Auſtriæ, & Princeps Caſtellæ cœpit appellari: cumque ſex tantùm annorum eſſet puer, accitus eſt, anno 1507, ab Ordinibus è Germania MAXIMILIANVS, ad Provincias Belgicas, nomine pupilli, adminiſtrandas, qui ſtatim etjam Belgis adfuit: atque his conſtitutâ gubernatrice MARGARETA, PHILIPPI ſorore, alterùm viduâ Philiberti Sabaudiæ Ducis, in Germaniam eſt reverſus.

CAROLI ut Principis, ſigillum ſimplex, in Curia Mechlinienſi, ad tempus, ſeu, ut ajunt, per proviſionem, ipſo paterni obitûs anno, adhiberi cœptum.



Diplo-

Diplomatis, cui hoc ſigillum, hi tituli: *CHARLES par la grace* In arch.
de Dieu, Archiduc d'Auſtrice; Prince de Caſtille; Duc de Bourgoingne, de urb. Brug.
Lothier, de Brabant, de Stirie, de Carinthie, de Carniole, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gueldre; Conte de Flandres, de Habsbourg, de Thirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Haynau; Lantgraue d'A'ſate; Marquis de Burgauw, & du S. Empire, de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kiburg, de Namur, & de Zutphen Conte; Seigneur de Friſe, ſur la Marche de Sclauonie, de Portenauw, de Salins, & de Malines &c. *Donné en noſtre ville de Malines, le* 17. *jour de Nouembre* 1506. *Par Monſieur l'Archiduc, a la relation du Conſeil. A, Haneton.*

Sigillo ſuperiore ſignaſſe reperio MAXIMILIANVM, unà cum CAROLO, ſub initium ſui in Belgas adventûs; ſiquidem diplomati anni 1507, cum hoc ſigillo edito, hi tituli præſtruuntur: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu, Roy des Romains tou-* Brug in
ſiours Auguſte, de Hungarie, de Dalmatie, de Croatie &c. *Et CHAR-* Hoſpitali
LES par la meſme grace, Archiduqs d'Auſtrice; Prince d'Eſpaigne, & S.Ioannis.
des deux Secilles, de Ieruſalem &c. *Ducqs de Bourgoingne* &c. Vt ſupra, niſi quod hîc tituli ſint in plurali: *Palatins, Contes, Marquiz, Seigneurs. En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel, dont uſons par prouiſion, a ces preſentes. Donné en noſtre ville de Gand, le xx. jour de Mars, l'an de grace* 1507. *& des regnes de nous Roys, a ſcauoir celuy des Romains, le* 23. *& de Hungrie &c. le* 18.

Mox tamen, in Senatu ſanctiore, eodem anno, video MAXIMILIANO ſimul & CAROLO factum ſigillum, etjam ſimplex: atque in ejuſdem circumſcriptione, utrumque Regem nominari, diplomatibus titulo ſuperiori præmiſſo.



Adhęret

Conſpicias in hoc ſigillo utriuſque inſignia: MAXIMILIANI quidem in una parte: Hungariæ, Stiriæ, Alſatiæ; in altera CAROLI: Caſtellæ, Legionis, Granatæ. Sigilli ſummum obtinet aquila uniceps, ſymbolum Regni Romanorum; umbilicum verò Auſtria recentior, veteri Burgundiæ hinc inde oppoſita.

Quia FERDINANDVS, CAROLI avus, ejuſque mater IOANNA, & Proceres Hiſpaniæ: non æquo animo ferebāt CAROLVM, in Belgio, Regem vocari, adhuc matre ſuperſtite; cujus tamen unius nomine PHILIPPVS, CAROLI parens, regnum erat conſecutus; in nullo deinceps, quod cum MAXIMILIANO commune habuit, ſigillo eum reperio Regem appellatum.

Sub hæc tempora, cum Rex Franciæ LVDOVICVS, ingentem exercitum in Italiam deduxiſſet, occupatoque Mediolano, Genuenſes etjam deviciſſet, jamque, ex nonnullorum, emunctæ naris hominum commentis, Romæ increbreſceret rumor: LVDOVICVM Regem, eò quod MAXIMILIANVS Imperator necdum eſſet coronatus, à Cardinale Rothomagenſe, Pontifice conſtituendo, auream Coronam adepturum: eamq; dignitatem, à Germanis, ad Francos tranſlaturum; Iulius Pontifex, per literas MAXIMILIANVM admonuit, dignitati Imperiali ut conſuleret, pulſiſq; ex Italia Francis, Romam veniret, aureâ Coronâ redimiendus. Quibus intellectis MAXIMILIANVS, ad decimumſeptimum Apr. Imperii Comitia Conſtantiæ indicit: unde acceptis ingentibus auxiliis, rectâ in Italiam eſt progreſſus, LVDOVICO Rege, Genuâ receptâ, militem è veſtigio retrahente; Venetis verò Cæſari, per ditiones ſuas, aditum in Italiam denegantibus; quem vi armatâ patefacturus, maximis copiis Tridentum vênit: unde militem, infeſtandi cauſâ, dimittit in agrum Vicentinum, quo fœdè devaſtato, captaq; inſuper Veronâ, cùm vereretur Pontifex, ne, ſi Imperator cum armato milite, ulteriùs in Italiam penetret, vetus in eam jus Imperii ſibi arrogare conetur, aut ſaltem ab eo detrimenti nonnihil capiat avita Italiæ libertas: diploma Pontificium, quod, quia aureo charactere fuit exaratum, Bullam auream placuit appellare, ad Cæſarem, adhuc Tridenti ſubſiſtentem, miſit, quo eum Cæſaris titulo condecoravit, ſanxitque, ut exinde æquè Imperator haberetur, ac ſi auream ab ipſo Coronâm reportaſſet.

Hoc diplomate Cæſar accepto, in Germaniam reverſus, Coloniæ conſedit, res tum Imperii, tum etjam Belgii tractaturus. Interea Veneti, Cæſaris cum exercitu deceſſu, animis elati, hæreditarias ejus ditiones, ad Atheſim ſitas, invadunt, Carniam, Hiſtriam, forum Iulii depopulantur, adeoque terrâ marique Cæſari negotium bellumque movent, Cæſareum ſubinde militem, non una clade cedentes. Quare offenſi Imperator, itemque Pontifex maximus, & Rex Arragoniæ FERDINANDVS, ad retundendam

dam Venetorum inſolentiam, per Legatum quiſque, cujus, pro Imperatore, vices agebat MARGARETA AVSTRIACA, Belgii, tum temporis, moderatrix, cum Rege Francorum LVDOVICO fœdus Cameraci ſanciunt anno 1508, bellumque unanimiter in Venetos decernunt: quò demum peracto, Venetorum ditiones, pro ſuis quiſque viribus, invadunt.

Exinde MAXIMILIANVS hoc ſigillo, ut Imperator, cum nepote ſuo CAROLO eſt uſus; inſignibus: in medio Auſtriæ; hinc inde: Hungariæ, Caſtellæ cum Legione; Dalmatiæ, Croatiæ; Burgundiæ veteris, Auſtriæ ſeu Lotharingiæ; Brabantiæ, Limburgi; Luxemburgi, Geldriæ. HALT MAS, id eſt: tene menſuram, ſcitum eſt MAXIMILIANI.





In diplomatibus verò ſuis MAXIMILIANVS ſe electum Imperatorem, ac loco Romanorum, Germaniæ Regem inſcribere cœpit. Hujuſmodi enim vidi ejus diploma: *MAXIMILIEN par la grace de Dieu; eſleu Empereur touſiours Auguſte, Roy de Germanie, de Hongrie, de Dalmatie, de Croacie* &c. *Et CHARLES par la meſme grace, Archiducz d'Auſtrice; Prince d'Eſpaigne, & des deux Sicilles, de Hieruſalem* &c. *Ducqz de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Stier, de Carinthe, de Carniole, de Lembourg, de Lutzembourg, & de Gueldre; Contes de Flandres, d'Habsbourg, de Tyrol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatins, & de Haynau; Landtgraues d'Elſaces Princes de Suaue; Marquiz de Burgau, & du S. Empire; de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kibourg, de Namur, & de Zutphen Contes; Seigneurs des Friſes, des Marcques de Sclauonie, de Portenauw, de Salins, & de Malines* &c. *Donné en noſtre ville de Bruxelles, le v. d'Octobre, l'an* 1509, *& des règnes de nous Empereur. aſſcauoir de celuy de Germanie, le xxiiij. d'Hungrie le xx. Par l'Empereur & Monſieur l'Archiduc; Madame l'Archiduceſſe, Regente & Gouuernante; les Seigneurs: de Chieures, de Berges, & de Berſelle; Monſieur Iehan le Sauuage, Cheualier, Chief, & Preſident du priué Conſeil; & aultres, preſens. Haneton.*

In arch. urb. Brug.

Ibidem. Item anni 1511: *MAXIMILIEN* &c. *& CHARLES* &c. Vt ſupra. *Avons par l'aduis & deliberation de noſtre treſchiere & treſamee fille de nous Empereur; Dame, & Tante de nous CHARLES, l'Archiduceſſe d'Auſtrice; Duceſſe, & Conteſſe de Bourgoingne; Duagiere de Sauoie; & de les gens de noſtre priué Conſeil, eſtans lez elle; ordonné, ſtatué, octroyé, & accordé.* &c. Cum hac clauſula finali: *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ceſdicts preſentes. Donné en noſtre ville d'Anuers, le xxviij. jour de Iuillet, l'an de grace M.CCCCC. XI. & des regnes de nous Empereur, aſſcauoir de Germanie, le xxvij. & de Hongrie* &c. *le xxiij. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc en leur Conſeil. Haneton.*

Ibidem. Ejuſdem anni, aliud prooemio, ut ſupra: *Donné en noſtre ville de Boiſleduc, le 23. jour de Septembre, l'an de grace. M. CCCCC. XI. & des regnes de nous Empereur, aſſauoir de celluy de Germanie, le xxvij. & de Hongrie* &c. *le xxiij. Par l'Empereur; & Monſeigneur l'Archiduc, en leur Conſeil. Haneton.*

Ibidem. Et Flandricè: MAXIMILIAEN byder gratie Godts/ ghecoren Keyſer altijt vermeerder 's Rijcx/ Coninck van Germanie/ van Hungrie/ van Dalmatie/ van Croatie etc. ende KAERLE byder ſelue gratie/ Erts-Hertogh van Ooſtenrijck; Prince van Spaignen/ van beyde Sicilien/ van Iheruſalem etc. Hertoghen van Bourgoingnen/ van Lotir/ van Brabant/ van Stier/ van Carinten/ van Crain/ van Lemburch/ van Luxemburch/ ende van Ghelre; Grauen van Vlaendren/ van Habsborch/ van Tyrol/ van Artoys/ van Bourgoingnen; Pals-Grauen/ van Henegauwe; Lant-Grauen van Elſats; Princen van Swauen; Marc-Grauen van Burgauw/ eñ des Hey-

licx

lichs Rijcx; van Hollant/ van Zeelant/ van Phiert/ van Kiburch/ van Namen/ van Zutphen Grauen; Heeren van Vrieſlant/ vanden Windiſmarck/ van Portenau/ van Salins/ van Mechelen. Ghegheuen in onſe Stede van Bruſſele/ den xij. dach van Meye in't jaer ons Heeren duyſt vijfhondert ende derthiene/ ende vande Rijcken van ons Keyſer/ te wetene/ van Germanie t'xxviij. ende van Hungrie etc. 't xxiiij.

Anni 1514: *MAXIMILIEN* &c. *& CHARLES* &c. Vt ſupra. *Donné en noſtre ville de Salins, le xxiij. jour de Decembre, l'an de grace M.CCCCC. XIV. & de regnes de nous Empereur, ſcauoir d'iceluy de Germanie, le xxix. & de Hongrie &c. le xxv.* In arch. urb. Brug.

Interdum ſolo adverſario ſigillo ſunt uſi, iis videlicet literis conſignandis, quæ patentes appellatæ, negotia publica complectuntur. Hoc iis præmiſſo titulo; gallicè: *De par l'Empereur; & l'Archiduc. Donné en noſtre ville de Malines. ſoubs noſtre ſeel, cy mis en placart, le penultieſme jour de Septemb. l'an mil cincq cens & huyt. Par l'Empereur; & Monſeigneur l'Archiduc, en leur Conſeil. Hanneton.* Lib. 1. plac. fol. 657.

Anno 1509. Flandricè: Byden Keyſer ende Erdts-Hertoghe &c. Ghegheven in onſer Stadt van Brueſſele/ onder onſen contre-ſeghel hier op ghedruckt in placcacte/ den xvj. dach in Februario/ in t jaer duſent vijfhondert ende neghene. Per Imperatorem. MARGARETA. Byden Keyſer; ende mijnen Heere den Erdts-Hertoghe in haeren Raede. Haneton. Ibidem fol 409.

Sic & anni 1510: Byden Keyſer/ ende Erdts-Hertoghe &c. Ghegheven in onſe Stadt van Ghent/ den 27. Maerte M. D. X. voor Paeſſchen. Per Imperatoriam Majeſtatem. Byden Keyſere; ende mijnen Heere den Erdts-Hertoghe/ in haeren Raede. Haneton. Ibidem fol 658.

Item ejuſdem anni: *Par l'Empereur; & l'Archiduc* &c. *Donné en noſtre ville de Gand, ſoubz noſtre contre-ſeel cy mis en placart, le nœufieſme jour d'Apuril M. CCCCC. X. auant Paſques.* Per Imperatorem: MARGARETA. *Par l'Empereur; & Monſeigneur l'Archiduc.* Vt ſupra. Ibidem fol 529.

Anni 1511: *De par l'Empereur; & l'Archiduc* &c. *Donné en noſtre ville de Malines, le troiſieme jour de Feburier, l'an mil cincq cens & onze. MARGRIETE. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc, en leur Conſeil. G. vanden Damme.* Ibidem fol. 214.

Anni 1512: Byden Keyſer; ende &c. Ghegheuen in onſe Stadt van Bruſſel den xxv. dach van Meye/ anno M. D. XII. Pro Imperatore. MARGARETA. Byden Keyſer; ende mijnen Heere den Erdts-Hertoghe &c. Haneton. Ibidem fol. 665.

Anni 1513: Byden Keyſer; ende &c. Ghegheuen in onſer Stadt van Mechelen by forme van placacte/ den vj. dach Aprilis/ in't jaer vijfthien-hondert ende derthiene/ naer Paeſſchen. Par Imper. MARGARETA. Byden Keyſer; ende &c. Verderue. Ibidem fol. 215.

L. 1. plac. fol. 113. Anni 1514: *Par l'Empereur* &c. *Bruxelles xvj. Decembre M.D. XIIII. MARGRIETE. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc, en leur Conſeil. Haneton.*

Sigillum Curiæ Mechlinienſis, quod inſcribitur: *Pro Iuſtitia ordinatum*, in ambitu eadem, eodem ordine, habet inſignia, quæ majus, ſive Concilii Secretioris ſigillum.



Vſi hic MAXIMILIANVS & CAROLVS, iiſdem titulis, quibus in diplomatibus, ſigillo majore munitis, utebantur.

In graph. Mechlin. Anno 1509: MAXIMILIAEN bijder gratie Godts/ ghecoren keyſer/ altijdt vermeerder des Rijcks/ Coninc van Germanien &c. ende KAERLE/ bijder ſeluer gratie/ Erts-Hertogh van Ooſtenrijck; Prince van Spaignen &c. Ghegheuen te Mechele/ den xxij. Meye M. C C C C C. I X. ende van onſe Rijcken/ van ons Coninc/ te weten/ van Germanien 't xxiiij. ende van Vngrie t xx. Byden keyſer; ende mijn Heere den Erts-Hertoghe/ ter relatie vanden Raede. J. Tettin.

In arch. urb. Brug. Anno 1510: *Le ix. jour de Iannier, l'an de grace M.CCCCC.X. & des regnes de nous Empereur, aſſauoir de celluy de Germanie, le xxv. & de Hongrie, le xxj. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc, a la relation du Conſeil. Verderue.*

Ibidem. Sic & anni 1511: *Le viij. jour de Iannier, M.CCCCC.XI. Par l'Empereur.* MARGARETA. *Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc,*

chidue, en leur Conſeil. Verderne.

An. 1513: *En noſtre ville de Malines, le xxvj. jour de Iuillet, l'an* Brug. apud
de grace mil cincq cens & treize, & des regnes de nous Empereur, D. Petrum
aſſauoir de celluy de Germanie, le xxviij. & de Hongrie &c. *xxiiij. Par* Lootyns.
l'Empereur; & Monſieur &c. *I. de Briguegny.*

Anni 1514: *Donné* &c. *le XXIII. Decembre* 1514. *& des re-* In arch.
gnes de nous Empereur, aſauoir de celuy de Germanie, le xxix. & deſ- urb. Brug.
dits de Hongrie &c. *xxv. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc,*
a la relation du Conſeil. L. vander Ee.

Cum verò MAXIMILIANVS eſſet in Germania, diploma-
ta ſua dedit, ſuo unius nomine tituliſque, inſcripta. Hunc in
modum.

Ann. 1508: ***MAXIMILIEN*** *par la grace de Dieu, eſleu Empe-* Lib. 1. pl.
reur des Romains, touſiours Auguſte, Roy de Germanie &c. *Donné en* fol. 212.
noſtre ville de Colongne, le cincquieſme jour d'Apuril, l'an de grace mil
cincq cens & huyt, auant Paſques, & de regnes de nous Empereur, a
ſcauoir de celuy de Germanie, le xxiiij. & de Hongueryе, le xix. MA-
XIMILIEN. Par l'Empereur; & Monſieur l'Archiduc. Renner.

Ann. 1510. in diplomate, quo Iacobum Croyacum, Epiſcopum
Cameracenſem, provehit in Ducem Cameracenſem: *MAXI-* Aub. Mir.
MILIANVS divina favente clementia, electus Romanorum Impera- dipl. Belg.
tor, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. l. 1. c. 101.
Rex &c. *Decernentes & hoc Cæſareo ſtatuentes edicto, quod tu Epiſco-* ex Scohier.
pus & Dux Cameraeenſis, & Comes Cameraceſij nominari & appellari,
ex nunc in antea, debeas &c. Datum in ciuitate noſtra Imperiali Au-
guſta, diè xxviij. Iunij, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo,
regnorum noſtrorum Romani XXV. Hungariæ verò vigeſimo primo.

Anno 1513, quo Teruanam, Tornacum aliaque, cum Angliæ
Rege Henrico, Gallis ademit; dum videlicet cum exercitu in ex-
peditionibus eſſet, ſolo minore ſeu adverſario ſigillo, literas, tum
editas, obſignavit; nomine CAROLI etjam ſuppreſſo; ita enim
dumtaxat lego: *Par l'Empereur* &c. *Fait a Lille, le vij. jour de Se-* In arch.
ptembre 1513. Per Imp. MARG. *Haneton.* Siquidem hoc tem- urb. Brug.
pore, MARGARETA Inſulas venerat, Imperatorem, Regemq;
Angliæ ſalutatum.

Eodem anno: *De par l'Empereur* &c. *Donné en noſtre ville d'Ay-* Ibidem.
re, le xviij. d'Aougſt 1513. *Per Regem. Botechou.*

Quamvis, acceptâ Pontificis maximi aureâ bullâ, jam Impera-
tor electus, itemque Rex Germaniæ diceretur, dubito an aliud,
præter ſupra exhibitum ſigillum regium, adhibuerit; in Belgio
ſaltem alio non fuiſſe uſum, ex eo ſuſpicor, quod litteras ejus, an-
no adhuc 1516 datas, Regio iſto ſigillo munitas, deprehendam;
ita verò inſcriptas: ***MAXIMILIEN*** &c. *Donné en noſtre ville* Gand. in
de Bruxelles, le xx. de Feburier M. CCCCC. XVI. des regnes des arch. Flan.
Romains xxxi. d'Hungrie &c. *xxviij.*

At in Sigillo ejus annulari, quod barbarâ voce, cachetum vo-

cant, aquila biceps Imperii Romani inſigne eſt;



Literæ M. R. I A. in ſigilli fundo impreſſæ, videntur denotare: *MAXIMILIANVS Romanorum Imperatór Auguſtus.* Deſumptum id, ex literis manu ejus exaratis, ad MARGARETAM filiam ſuam Sabaudiæ Duciſſam, Belgii Gubernatricem, mihi Cl. D. Chifletius, curavit.

In Hollandia quoque uſitatum fuit ſigillum MAXIMILIANI, bicipiti aquilâ, & CAROLI, Principis tantùm appellati; cujus in eorum Curia uſus, CAROLO etjam Rege, permanſit.



In ſcribat. cur. Mech. Vidi id pendulum à diplomate, cui hoc proloquium: Jnde ſaecke hanghende voor den Houe van Hollandt etc. Aldus ghedaen ende ghepronunciéert inden Haeghe/ onder 'tſignet van Juſtitie/ datmen noch ter tijdt/ inden voorſz Houe vſeert ende ghebruyckt/ hier aen ghehanghen/ opden xxviij. dach in September/ 1519. By mijnen Heer den Preſident.

Affixæ ſunt huic diplomati litteræ (executoriales vocant) munitæ eodem ſigillo; & hoc procemio inſcriptæ: De Stadholt Generael; die Preſident/ ende Raeden des Coninex ghecommitteert ten ſaecken ſijnre Landen van Hollandt/ Zeelandt/ ende Vrieſlandt; den eerſten onſen gheſworen Bode/ exploicteur vande Camere vanden Raede in Hollandt/ hier op verſocht/ Saluyt &c. Ghegheuen inden Haeghe/ onder 'tſignet datmen noch ter tijdt vſeert/ hier aen ghehanghen/ opden ij. dach van October 1519.

CARO-

CAROLVS, FLANDRIÆ COMES ſolus. Anno 1515. & paulò poſt Hiſpaniarum Rex, & Imperator.

ANno, ſæculi antedicti, quinto decimo, CAROLVS, à Cæſare emancipatus, & Lovanii, in Ducem Brabantiæ, inauguratus, in Flandria quoq; ac nominatim Brugis 22. Apr. in Comitem; MAXIMILIANI nomen in ſigillis deinceps, ac diplomatibus, omiſit. Hujuſmodi unum vidi, Flandrico ſermone conſcriptum, datumque ipſo inaugurationis anno, & ſigillo ſimplice communitum; inſignibuſque, circumcirca ſcutum majus, Brabantiæ Limburgi; Geldriæ, Flandriæ; Hollandiæ, ſeu Hannoniæ, & Namurci, impreſſis.



Diplomati, quod hoc ſigillo reperi obſignatum, titulos ſuos, hoc ordine, CAROLVS præmiſit: KAERLE/ bijder gratien Godts/ Prince van Spaignen/ van beyde Secilien/ van Jeruſálem etc. Erts-Hertoghe van Ooſtenrijck; Hertoghe van Burgoingnen/ van Lochrijck/ van Brabant/ van Stier/ van Carinthie/ van Carniole/ van Limburgh/ van Luxemburgh/ ende van Gheldre; Grave van Habsburgh/ van Vlaendren/ van Tirol/ van Arthois/ van Burgoingnen; Pals-Grave/ van Henegau; Land-Grave van Elſate; Prince van Suabe; Marc-Grave van Burgau/ ende des H. Rijcx; van Hollandt/ van Zeelandt/ van Ferrette/ van Kiburgh/ van Namen/ eñ van Zutphen Grave; Heere van Vrieſlandt/ vanden Marchen van Slavonien/ van Portenau/ van Salins/ ende van Mechelen &c. Ghegheven in onſen Hove inden Haghe/ den 7. dach van Julij/ in't jaer ons Heeren 1515. By mijn Heere den Prince/ in In arch. urb. Brug.

 ſijnen

ſijnen Raede. Verderue.

Ibidem. Sic & Gallicè: *CHARLES par la grace de Dieu, Prince d'Eſpagne, des deux Sicilles, de Hieruſalem* &c. *Archiducq d'Auſtrice; Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Stirie, de Carinthie, de Carniole, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gueldre; Conte de Flandres, de Habsbourg, de Thirol, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Haynau; Lantgraue d'Alſate; Marquis de Burgauw, & du S. Empire, de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kiburg, de Namur, & de Zutphen Conte; Seigneur de Friſe, ſur la Marche de Sclauonie, de Portenauw, de Salins, & de Malines* &c. *Donné en noſtre ville de Bruges, le viij. jour de Maÿ, l'an de grace M.CCCCC.XV. Par Monſeigneur le Prince en ſon Conſeil. Hanneton.*

Flandricè exſtat & diploma, quod lætum ejus Introitum appellant Brabanti, Bruxellis impreſſum; initio, ut ſupra, hoc verò fine:
Apud Ioã. Mõm. iert. an. 1623. Ghegheuen in onſe Stede van Ghendt/ den xij. dach van April 1515/ naer Paeſſchen. By mijn Heere den Prince in ſijnen Rade. Hanneton.

arch. Brug. Item: Te Brugghe/ xxij. April M. CCCCC. XV.

Ap. Mom. Ibidem: XXV. April M. CCCCC. XV.

L. 1. pl f. 71. Ibidem: X. Meye M. CCCCC. XV.

Ibid f. 594 Ibidem: XIJ. Meye M. CCCCC. XV.

Ibid. fol. 541. Et: *Donné en noſtre ville de Middelbourgh, le xvj. jour de Maÿ* 1515. *Par Monſeigneur le Prince, en ſon Conſeil. Haneton.*

Adfertur & diploma ejus, datum Bruxellis 10. Auguſti, hoc
In Chron. Friſ vetn. fol. 433. modo: KAERLE byder gratien Godts/ Prince van Spaegnen/ van beede Sicilien/ van Hieruſalem etc. Hertoghe van Ooſtenrijck/ van Bourgognen/ van Brabant etc. Grave van Vlaenderen etc. Heere van Vrieſlant etc. Ghegheuen in onſe Stad van Bruſſel/ den 19. Auguſti/ in t jaer ons Heeren M. CCCCC. XV.

Ibid. 437. Item: KAERLE byder gratie Godts/ Prince Spaeignen/ van beyde Sicilien/ van Hieruſalem etc. Erts-Hertoogh van Ooſtenrijck; Hertoogh van Bourgoignen/ van Lottringhen/ van Brabant etc. ende Grave/ ende Heere van Vrieſlant. Ghegheuen in onſe Stad Leeuwaerden/ onder onſen grooten ſeghel/ opden vj. dach in Februario/ in't jaer ons Heeren 1516.

In arch. urb Brug. Edidit & hac inſcriptione: *De par le Prince, eſcript a Gand, le xiij. jour d'Apuril M.CCCCC.XV. CHARLES. Haneton.*

L. 1. plac. fol. 691. & L. 2. f. 581. Item: Byden Prince. Ghegheuen in onſer Stede van Brugghe/ den viij. van Meye/ in't jaer M. CCCCC. XV. By mijn Heere den Prince/ in ſijnen Rade. Haneton.

Libro 1. plac. f. 54. Item: *Par le Prince. Donné en noſtre ville de Middelbourgh, le xviij. jour de Maÿ M.CCCCC. XV. Par Monſeigneur le Prince, en ſon Conſeil. Haneton.*

Ibid. f. 5. *Par le Prince. Donné a Bruxelles, le xxij. de Decemb. M.CCCCC. XV. Par Monſeigneur* &c. *Verderue.*

Signabantur hæc eo ſigillo minore, quod majori ejus ſigillo oppo-

opponitur; utriuſque hæc eſt forma:





Notan-

Notandum hic, in circuitu ſigilli, alternis ultrò citroque ſedibus, harum Provinciarum inſignia, hoc ordine collocari: Auſtriæ veteris, Auſtriæ recentioris; Stiriæ, Carinthiæ; Carniolæ, Limburgi; Luxemburgi, Geldriæ cum Zutphania; Flandriæ, Arteſiæ; Burgundiæ Comitatus, Hannoniæ; Hollandiæ, Zelandiæ; Namurci, Elſatiæ; Marchionatus S. Imperii, Salinarum; in fundo Mechliniæ, cui aquila Imperatoria primùm adjecta eſt anno 1494; 10 Ianuarii, ab Imp. MAXIMILIANO, cum titulo Comitatus, quem Belgarum Principes videntur omittere, ne admittant beneficium, ab Imperatore, urbi ſuæ, ac ditioni, conceſſum.

Hoc ſigillum magnum appellatur ſupra, in diplomate Leovardienſi, in verbis: Onder onſen gꝛooten ſeghel; quo diplomate CAROLVS Leovardienſium privilegia confirmavit, miſſis in Friſiam Conſiliariis ſuis: D. Ioanne Sauvagio, Burgundiæ Cancellario; Antonio Lalaignio, Montignii Domino; Adriano Florentii, Ærarii Præfecto, poſtea Pontifice maximo, & Nicaſio Hacqueneio, ad acceptandam ceſſionem Friſiæ Occidentalis, in qua Harlinga, Franiquera, Leovardia &c. CAROLO factam à Georgio & Henrico, filiis Alberti, Saxoniæ Ducis; cui, certis conditionibus, MAXIMILIANVS Cæſar, ejuſque filius PHILIPPVS, eam Provinciam conceſſerant; itemque tractûs Biltani, quem è maris Tyrannide vindicatum, ſumptu proprio, aggeribus communierant Georgius & Henricus.

Rerũ Belg. l. 7. f. 319. Heuterus tradit utriuſque Friſiæ CAROLO ceſſionem factam, itaque etjam orientalis, cujus Comes erat Etzardus, ab Imp. proſcriptus, atque inde forte in diplomate Leeuvardienſi: Gꝛaue/ ende Heere van Vꝛieſlandt; niſi ſcriptum fuerit, ut in aliis vernaculis: Van Zutphen Gꝛaue; Heere van Vꝛieſlant etc.

Anno 1515 more Gallico, qui Hiſpanis, & Friſiis etjam (ut ex ſuperiori diplomate apparet) eſt 1516, die vigeſimo ſecundo Ianuarii, Madriti, fato conceſſit Rex FERDINANDVS, poſtquam condito ritè teſtamento, CAROLVM nepotem, ex aſſe, hæredem ſcripſiſſet. Poſſederat hic, cum ISABELLA uxore, plurimas caſque potentiſſimas ditiones, quas omnes ab ejus morte adiit CAROLVS, hoc impoſterum proœmio, in diplomatibus ſuis uſus, cum ſigillo ſuperiore, quamdiu novum ei nondum eſt factum: KAERLE byder gꝛatie Godts/ Coninck van Caſtilien/ van

Brug. apud Carmelitiſſas de Sion. Leon/ van Gꝛanade/ van Arragon/ van Navarre/ van beeden Sicilien/ van Jeruſalem/ van Valence/ van Majorque/ van Sardenie/ Corſice etc. Erts-Hertoghe van Ooſtenrijcke; Hertoghe van Burgoingnen/ van Lothꝛijck/ van Bꝛabant/ van Stier/ van Carinthie/ van Carniole/ van Limbuꝛgh/ van Luxemburgh/ ende van Ghelder; Gꝛaue van Vlandꝛen/ van Habsbuꝛgh/ van Thirol/ van Arthoys/ van Bourgoingnen; Pals-Gꝛaue/ en van Henegauwe/ Lant-Gꝛaue van Elſacen; Pꝛince van Suaue; Marc-Gꝛaue van Burgauw/ ende des H. Rijcx; van Hollandt/ van Zeelant/ van Phiert/

van

van Lymburgh/ van Namen/ ende van Zutphen Grave; Heere van Vrieſlandt/ vanden Marchen van Schlavonien/ van Portenauw/ van Salins/ ende van Mechelen. Doen te weten &c. Ende ten eynde dat dit goet/ vaſt/ ende gheſtaedich blijve/ tot eeuwighen daeghe/ wy hebben onſen ſeghel/ daer van wy ghebruyckt hebben/ deurende onſe Princelicheyt/ hier aen doen hanghen. Ghegheven in onſe Stede van Bruſſele/ inde maendt van Julio/ in't jaer ons Heeren duyſt vijf hondert ende zeſthiene/ ende van onſen Rijcke d'eerſte. Byden Coninck; de Heere van Montigny; Nicaſien Hackeney Hoofden; Meeſter Jan Ruffault/ Threſorier Generael van Financien; ende andere ieghenwoordich. Haneton.

Adfertur & hujus anni 1516 diploma latinum Bruxellis editum nomine IOANNÆ Reginæ, & CAROLI ejus filii Regis, quo Guilielmus Croyacus, Chievræus Dynaſta, Sori Dux creatur apud Cl. D. Aub. Miræum, hoc modo: *Nos IOANNA & CAROLVS ejus filius primogenitus, Dei gratia Regina & Rex Caſtellæ, Arragonum, Legionis, utriuſque Siciliæ, Ieruſalem, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, & Inſularum Canariæ, & etjam Inſularum Indiarum, Terræ Firmæ, Maris Oceani; Archiduces Auſtriæ; Duces Burgundiæ, & Brabantiæ; Comites Barchinonæ, Flandriæ, & Tirolis* &c. *Domini Biſcayæ, & Molinæ* &c. *Duces Athenarum & Neopatriæ; Comites Roſſilionis, & Ceritaniæ; Marchiones Oriſtani & Gociani* &c. *Datum in oppido noſtro Bruxellarum, die 15. menſis Decembris. V. indictionis; anno a Nativitate Domini M.D.XVI. Regnorum noſtrorum, videlicet Reginæ Caſtellæ, Legionis, Granatæ* &c. *anno XIII. Navarræ II. Aragonum vero, utriuſque Siciliæ, & aliorum, I. Regis vero omnium primo.*

In notitia Eccl. Belg. c. 237 fol. 704. & Scohier. fol. 14.

Concurrunt hîc rurſus tituli FERDINANDI CATHOLICI & ELISABETHÆ quibus anno 1493 uſus eorum Orator in contractu nuptiali PHILIPPI, & IOANNÆ, folio 138, additis: Hieroſolymâ, Navarrâ, Inſulis Indiarum, Terræ Firmiæ, & Maris Oceani. Quænam vero ex hiſce Regnis & ditionibus à FERDINANDO, quænam ab ELISABETHA, profecta ſint, colligi poteſt ex diplomate FERDINANDI, quod edidit anno 1476, ductâ in uxorem ELISABETHA, & vivente adhuc patre ſuo IOANNE, Arragoniæ &c. Rege, quod exſtat Brugis hoc proœmio: *FERDINANDVS Dei gratia, Rex Caſtellæ, Legionis, Siciliæ, Toleti, Portugalliæ, Galliciæ, Hiſpalis, Cordubæ, Murciæ, Iahenis, Algarbæ, Algeziræ, de Gribaltar, & Provinciæ de Quipuzaa; Arragonum Primogenitus; Princeps Gerundæ; Dñs de Biſcaia, & Molina; Dux Montiſalbi; ac Dominus Civitatis Ballagarij. Datum in villa de Madrigal, die undecima menſis Aprilis, a Nativitate Dñi M.CCCC.LXXVI.*

In archiv. Nationis Hiſpanicæ

Hoc anno victus fuerat à FERDINANDO, ALPHONSVS Luſitaniæ Rex, unde titulus fortaſſis Portugalliæ & Algarbæ. Cæ-

bæ. Cæteræ ferè ditiones ELISABETHÆ ſunt dotales, præter quas, aliæ FERDINANDO attributæ, in dicto contractu nuptiali, à FERDINANDI majoribus provenerunt.

Porrò de Caſtellæ, Legionis, aliorumque in Hiſpania, regnorum origine, atque ad IOANNAM, ejuſque parentes acceſſione, ita reperio apud varios auctores: poſtquàm Romanos Gotthi, hos Mauri & Saraceni, Hiſpaniâ expuliſſent: PELAGIUS, poſt Rodericum ultimum Gotthorum Regem, primus Chriſtianus, cum iis, qui in Aſturiæ montes confugerant, Chriſtianorum reliquiis, circa annum 716. Mauris eripuit Legionem; ob quam victoriam illato in ſcutum ſuum Leonis Hieroglyphico, à ſuis, Rex Aſturiæ & Legionis, ſub nomine Oviedo conſalutatus, Caſtellum adverſus hoſtes exſtruxit, cui quos præfecit Comites Caſtellæ nuncupavit. Hunc ſecutus Fafila filius; Fafilam verò improlem, ALPHONSUS CATHOLICUS, ex genere Ricaredi, Catholici Gotthorum Regis, ductâ nimirùm in uxorem Ormenſindâ, Fafilæ ſorore.

Penes Alphonſi familiam Legionis Regnum fuit, uſque ad Veremundum III. Cui anno 1027, abſque maſculini ſexûs hærede, defuncto, Sanctia ſoror ſucceſſit, nupta FERDINANDO, filio Sanctii majoris, Regis Navarræ, & Comitis Arragoniæ: cujus abavus Ennicus Ariſta, à Gotthis oriundus, ſub annum 852. Mauros Navarrâ primùm (unde Regni exordium) deinde etjam Arragoniâ ejecit.

SANCTIUS hic, (qui ob Cordubam, Toletum, Galiciam, & Portugalliã, aliaſq; Hiſpaniæ Provincias, virtute potiſſimùm FERDINANDI filii ſui, Mauris ereptas, Major, & Imperator Hiſpaniarum appellatur) ſociatâ ſibi NUNA, SANCTII III. Caſtellæ Comitis filiâ, & Garciæ ultimi Caſtellæ Comitis ſorore, atq; hærede, Caſtellæ Comitatum, in Regnum à ſe erectum, cum Galicia, quæ nomine Oviedo etjam comprehendebatur, ac Toleto, quæ Caſtella nova dicta, itemque Corduba, dedit filio ſuo FERDINANDO, Regi Legionis per uxorem; filio verò alteri RAMIRO tradidit Arragoniam, Regni quoque titulo exornatam; ac denique Garciæ, filiorum tertio, Regnum Navarræ.

Eſt verò Arragonia, Legioni & Caſtellæ rurſus conjuncta, circa annum 1120, nuptiis ALPHONSI I. Regis Arragoniæ, & VII. Caſtellæ, cum URACA, ALPHONSI VI. Regis Caſtellæ & Legionis filia: quo improle defuncto, ſub annum 1139, Caſtellam & Legionem adiit ALPHONSUS VIII, ex dicta URACA, & Raymundo Comite Toloſano, ejus priore marito genitus; Arragoniam verò RAMIRUS, ALPHONSI improlis frater: & poſt eum, ductâ in uxorem RAMIRI filiâ PETRONELLA, RAYMUNDUS BERENGARIUS IV. Comes Barcinonæ: frater BERENGARIÆ, nuptæ ALPHONSO VIII. Caſtellæ & Legionis Regi, de quo ſuprà.

Hic

Hic cum duos haberet filios, SANCTIVM & FERDINANDVM; Caſtellam SANCTIO, Legionem dedit FERDINANDO, ejus nominis II. Quæ Regna, ſtirpe SANCTII, circa annum 1250, exſtinxtâ, rurſus coaluerunt in FERDINANDO III. FERDINANDI II. nepote; qui Hiſpalim, novo nunc vocabulo Siviliam, Regi Caſtellæ jam pridem tributariam, an. 1247, à Mauris, cepit; itemque Gienam, ſive Iahen.

FERDINANDO III. filius fuit ALPHONSVS X. Rom. Rex; qui Regno Caſtellæ, Legionis &c. Algarbam, Mauris quoq; ademptam, adjunxit: quam deinde, anno circiter 1278, filiæ ſuæ BEATRICI, ALPHONSO III. Regi Luſitaniæ, nubenti, in dotem, tradidit.

ALPHONSI X. pronepos, ALPHONSVS XI. ſub annum 1344, Algeziram, Mauris extorſit; habuitque nepotem IOANNEM I. qui, ductâ LEONORA, PETRI IV. Regis Arragoniæ filiâ & hærede, Regnis ſuis Caſtellæ, Legionis, aliiſque, Arragoniam, rurſus adjunxit; ac præterea, Valentiam, Murciam, Inſulas Baleares (Majoricam nunc & Minoricam) quas IACOBVS I. Arragoniæ Rex, PETRI abavus, Mauris eripuerat; itemque Sardiniam, & Corſicam, quas BONIFACIVS VIII. Pontifex maximus, pulſis jam dudum inde Sarracenis, anno 1297, dum Genuenſium & Piſanorum, de his Inſulis, contentiones, magis magiſque gliſcunt, IACOBO II. PETRI avo, aſſignârat.

Haſce omnes Provincias, IOANNES I. circa annum 1412, inter duos filios ſuos ita diviſit: ut paternas obtineret natu major HENRICVS, dictus III. Rex Caſtellæ; maternas verò FERDINANDVS minor, dictus I. Rex Arragoniæ.

Fuit hic FERDINANDVS, Pater ALPHONSI I. Regis Arragoniæ, qui, ut adoptatus à IOANNA II. Regina Neapolis, & ut proximus hæres PETRI Arragoniæ & Siciliæ Regis (quē ratione CONSTANTIÆ, uxoris ſuæ, filiæ MANFREDI II. Imperatoris Nothi, Siculi, Gallis omnibus, veſperis Sicilianis, interfectis, in Regem & protectorem vocârant) deficiente ſuâ ſtirpe, Arragoniam, cum Sicilia, aliiſque ſuis Regnis, itemque Barcinonenſem Comitatum tranſmiſit ad fratris ſui IOANNIS II. Arragoniæ &c. Regis filium FERDINANDVM, IOANNÆ Patrem, CAROLI V. avum; qui FERDINANDVS matrimonio ſibi copulavit ELISABETHAM, HENRICI III. Caſtellæ Regis prædicti, neptem; IOANNIS II. filiam; HENRICI IV. (qui anno 1462, ad Caſtellæ, cæteraque Regna, Gribaltar, Mauris itidem ablatum, adjecit) ſororem, atque unicam hæredem.

FERDINANDVS itaque, à ſuis progenitoribus, Arragonicis accepit Arragoniam, Murciam, Valentiam, utramque Siciliam; alteram videlicet cis Pharum, Neapolim dictam: alteram ultra Pharum, quæ eſt Inſula ipſa Sicilia. Hieroſolymam item, quæ à

O FRE-

FREDERICO II. Imperatore, Rege Siciliæ (ductâ in uxorem IOLE, IOANNIS BRENNÆ, poſt urbem à Turcis direptam, Hieroſolymorum Regis, filiâ) Siciliæ eſt annexa. Tum Inſulas Baleares, Majoricam & Minoricam; Sardiniam quoque, & Corſicam, unàque Comitatum Barcinonenſem. His adde, ex titulis FERDINANDI, in contractu nuptiali PHILIPPI & IOANNÆ, anni 1495, Ducatum Athenarum, & Neopatriæ in Græcia; quæ Barcinonenſium fuerunt Coloniç, ſub MARTINO Arragoniæ & Siciliæ Rege, jam inde ab anno 1408. Item Comitatus Roſilionis, ſeu potius Ruſcinonis, id eſt Perpiniani, & Ceritaniæ, qui à principio Barcinonæ fuerunt annexi; ac deniq; Marchionatus Oriſtani, & Gociani.

Idem FERDINANDVS, à progenitoribus ELISABETHÆ uxoris ſuæ, Caſtellanis conſecutus eſt Caſtellam, Legionem, jus in Siciliam, præterea Toletum, Galiciam, Hiſpalim, ſive Siviliam, Cordubam, Gienam, Algezir, Gibraltar. Quibus adjunge, è titulis FERDINANDI & ELISABETHÆ, anni 1476, Ducatum Montis albi, quem vocant Montblangy; Dominium Biſcaiæ & Molinæ; itemque Principatum Aſturiarum, & Gerundæ.

Hiſce omnibus ipſe FERDINANDVS an. 1483, addidit Inſulas Fortunatas, vulgò Canarias; antea per EVGENIVM IV. Pontificem, IOANNI II. Caſtellæ Regi, ſocero ejus, adjudicatas. Qui præterea, anno 1492, Indiæ Occidentalis, & in ea continentis (quę terra firma in titulis nuncupatur) partem non exiguam ſibi vindicavit. Tum quoque anno 1494. Granatâ Mauros, ac reliquâ Hiſpaniâ ejecit, itemque jus omne CAROLI VIII. Galliarum Regis, in Comitatum Ruſcinonenſem eſt conſecutus; acceſſit hiſce, circa annum 1513, Navarra; poſtquam IVLIVS Pontifex, cum Concilio Cardinalium, IOANNEM Albretum, ejuſque uxorem, CATHARINAM Foixæam, Navarræ Reges, quod Eccleſiæ hoſtibus faviſſent, anathemate percuſſos, pronuntiatâ Romæ ſententiâ, Regno amoviſſet, miſſo, ut ſententiam exſequeretur, diplomate Pontificio, ad FERDINANDVM: cui in illud Regnum proximum jus erat, quia ad ejus progenitores, à SANCTIO majore, Rege Navarræ oriundos, uti dictum ante, pertinuerat Navarra. Quæ jam ante annum 1216, nuptiis BLANCÆ filiæ SANCTII IV. cum Theobaldo, Comite Campaniæ, à reliquis Hiſpaniis avulſa; nunc eiſdem rurſus eſt annexa.

Addidit verò titulis ſuis Navarram, non tantùm FERDINANDVS, ſed & filia ejus IOANNA; utpote armis, tam Caſtellanorum, quàm Arragonum conquiſita; atq; ideo annum millegimum quingenteſimum decimum ſextum, in præcedenti diplomate, vocat, Regni ſui Navarræ, ſecundum.

Cæterùm CAROLVS, ut Hiſpaniarum Rex, in ſecretiore ſuo Belgico Senatu, ſigillum habuit Regium, effigie ſolio inſidentis, atque enſem dextrâ, ſceptrum ſiniſtrâ geſtantis, variiſque Re-

gnorum

gnorum ac Provinciarum inſignibus impreſſum.





Superiùs ad latera ſcuti Gentilicii, eſt utraq; Sicilia; Inſula, videlicet, & Neapolis, cum Hieroſolyma; tum Navarra, & Granata; intra thronum, ſupra Caſtella; hinc inde: Legio & Arragonia; in laterum medio, hinc Auſtria nova, & vetus Burgundia; inde Brabantia, & Limburgum; & ſub his: Luxemburgum, & Gel-

dria juncta Zutphaniæ; Flandria & Tirolis in ima parte.


In arch. urb. Brug. Inſcriptio: *CHARLES par la grace de Dieu, Roy de Caſtille* &c. Vt antè, hoc ſigillo nondum confecto. *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel à ces preſentes. Donné en noſtre ville de Middelbourg, le xij. jour de Iulet, l'an de grace M.CCCCC.XVII. & de noſtre regne le ij. Par le Roy. Haneton.*

Brug. in Hoſpitali S. Ioannis. Sic Flandricè: KAREL byder gratie Godts/ Coninck van Castillen &c. Vt ante. Ghegheuen in onſe Stad van Ghendt/ inde maend van Junio/ in't jaer ons Heeren duyſent vijf hondert en ſeventien/ ende van ons Rijck 'tweetſte.

In arch. urb. Brug. Item: *Donné en noſtre ville de Malines, xxij. jour d'Apuril, l'an de grace M.CCCCC.XIX. & de noſtre Regne le iiij. Par le Roy, en ſon Conſeil; le Conte de Hooghſtrate Chief; maiſtre Iehan Ruffault, Threſorier General des Finances; & aultres preſens. Verderué.*

Mechliniæ, in Curia, tale ſigillum adhibuerunt:





Factum id demum circa finem anni 1518, aut anno 1519; vidi e-

di enim diploma Mechlinienſe procemio ſuperiore : *CHARLES* &c. Et hac clauſulâ : *Soubz le ſeel, dont l'Empereur, mon Seigneur & grand Pere, & nous auons vſé, durant le temps de noſtre minorité: Donné a Malines, le XIII. d'Octobre M. D. VIII. de noz Regnes le III. Par le Roy, a la relation du Conſeil. L. vander Hee.* In ſcribat. cur Mech.

Dependebat ab hoc diplomate, id ſigillum, ubi, in ambitu, decem inſignia, quodque inſcribitur : *Pro Iuſtitia ordinatum*; unde patet neque CAROLI, ut Principis, in Curia Mechlinienſi, peculiare fuiſſe ſigillum.

Brabanti, more ſuo, CAROLVM Regem, Equitem expreſſerunt.





Inſcriprio eſt, ut præcedens Flandrica : KAREL byder gratie Godts/ Coninck van Caſtilien &c. Ibidem.

Sigillum ejus minus, ſive ſecretum, communicavit mihi D. Sibertus, frater D. Adriani Waterloſii; itemque aliud cujus uſus fuit in Regno Neapolitano, hac figurâ:



Eo ferme tempore, quo Regna Hiſpaniarum CAROLVS obtinuit, ejus avus MAXIMILIANVS Imperator, cum SIGISMVNDO Rege Poloniæ, in Germania nuptias conciliavit inter LVDOVICVM filium LADISLAI, Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis, cui Regnum Hungaricum MAXIMILIANVS permiſerat, titulo tantùm retento, & MARIAM, CAROLI ſororem; itemque FERDINANDVM, CAROLI fratrem, & ANNAM, ſororem LVDOVICI; quarum exſtat hoc initio contractus: *Nos MAXIMILIANVS, divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, & Geldriæ; Landtgravius Alſatiæ; Princeps, & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goriciæ, Arteſiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Ferreti, in Kiburg, Namurci, & Zutphaniæ; Marchio S. Rom. Imperii, ſupra Anaſum, Burgoviæ; Dominus Fryſiæ, Marchio Sclavoniæ, Machliniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Et nos LADISLAVS, Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Gamæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæ, Marchio Moraviæ, Dux Sileſiæ & Lucemburgenſis; ac Marchio Luſatiæ &c. Nos SIGISMVNDVS eadem gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ &c. Dominus & hæres &c.* Deſinit verò in hunc modum: *In quorum omnium fidem indubitatam atque teſtimonium, nos tres præfati Principes, ternas conformes litteras, manibus & Chirographis noſtris propriis ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris Imperialibus atque Regalibus communiri fecimus &c. Datum in civitate Vienna, Dominicæ die feſti MARIÆ MAGDALENÆ A.C. M.D.XV. Regnorum noſtrorum, NOSTRI MAXIMILIANI, Romani XXX. Hungarici vero XXVI. Noſtri autem VLADISLAI, Hungariæ XXV. Bohemiæ vero XLV. Noſtri autem SIGISMVNDI, Regni Poloniæ IX. annis.*

Act. publ. Lundorpii fol. 238.

E quibus nuptiis Lintzii, anno 1521, magnificentiſſimè celebratis, Hungariæ ac Bohemiæ Regna, citra controverſiam, ad Auſtri-

Auſtriacos devenerunt.

Nam poſteaquàm LVDOVICVS, mortuo Patre VLADISLAO, Hungariæ, Bohemiæque Rex, anno 1526 adhuc improles, à Turcis, ad flumen Mohaſum, profligatus, & in profluento ſubmerſus fuiſſet; utrumque illud Regnum ad FERDINANDVM devênit; tum ratione uxoris ſuæ ANNÆ, LVDOVICI unicæ ſororis, tum etjam ex pacto, MAXIMILIANVM inter & VLADISLAVM, anno 1489, ob Hungariam, concluſo. De quo ſupra fol. 122.

Anno 1517, CAROLVS, ad Regnorum ſuorum poſſeſſionem capeſſendam, ſuadente MAXIMILIANO Imp. qui in Belgium advenerat, in Hiſpaniam mari profectus eſt Middelburgo Zelandiæ ſolvens 12. Auguſti: ubi, anno 1518 Valedoleti in Regem, ſumma cum ſolemnitate, eſt inauguratus, & cum Matre IOANNA coronatus; hinc diplomata miſit in Belgium hoc ſigillo munita.





Literas

Literas, quæ in altera parte ambitûs non apparent, has exſtimem fuiſſe; majoris quidem: S. IOHE. ET. CAROLI. REGVM. CASTELLÆ. LEGIONIS. minoris vero: DVCIS. BVRGVNDIÆ. LOTHAR. BRAB. In diplomatibus IOANNÆ nomen eſt ſuppreſſum. Vidi cum ſuperiore initio: *CHARLES par la grace de Dieu, Roy* &c. Et fine: *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre a ces preſentes, le ſeel dont uſons en noſtre Royaume de Caſtille. Donné en noſtre cité de Barcelon, le iij. jour de Iulet, l'an de grace M. CCCCC. XIX. & de noſtre Regne le IIII. Par le Roy. Gratere.*

In arch. urb. Brug.

Ibidem. Item: *CHARLES* &c. *Comme en traictant le mariage de noſtre treſchiere & treſamée Seur, Dame YSABEAV d'Auſtrice & de Bourgoingne &c. Auec treshault & treſpuiſſant Prince, noſtre treſchier & treſamé Couſin & Beau Frere, le Roy de Denemarche* &c. *En teſmoing de ce, nous auons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Donné en noſtre cité de Barcelonne, le xxx. jour de Iuillet, l'an de grace mil cincq cens & dixneuf; & de noſtre Regne, le quatrieſme. Par le Roy; Monſieur le Cardinal de Tortoſe; le Marquis d'Arſchot, grand & premier Chambellan; vous, le Conte de Hoichſtrate, Chief des Finances; les Sires de Samſelle, & de Monteney; le Sire d'Aigny, Chief du priué Conſeil; Meſſire Iehan Ruſſault, Threſorier General des Finances; & aultres, preſens. Haneton.*

L. 1. plac. fol. 410. Exſtat & hoc modo: *Par le Roy. Donné en noſtre cité de Barcelonne, le iij. d'Apuril M. CCCCC. XIX. ſtil d'Eſpagne. CHARLES. par le Roy. Hannart.*

Anno 1518, menſe Iunio, MAXIMILIANVM Imp. febris primùm, ac deinde, duodecimâ Ianuarii ſubſequente mors ipſa corripuit, Melſæ decumbentem. Paullò tamen ante, quaſi mortem prævideret, de Imperio ſollicitus, CAROLVM, nepotem ſuum, quem ſibi ſucceſſorem deſtinabat, Septemviris Electoribus impenſe commendavit: quòd non ignoraret, ei, ad Imperium, corrivalem fore FRANCISCVM I. Galliarum Regem.

MAXIMILIANO decedenti, CAROLVS in omnes ditiones ſucceſſit; atque etjam in titulos Regnorum Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Quos in diplomatibus ejus Belgæ ſubinde omiſerunt. Hiſce verò, paullò poſt, auguſtior titulus acceſſit; nam, 28 Iunii, hujus anni 1519, Francofurti ad Mœnum, omnium Electorum Imperii, prætorquàm Trevirenſis, ſuffragiis, CAROLVS Rex Romanorum, & futurus Imperator eſt electus.

Quem titulum deinceps Belgæ reliquis addiderunt; quamquam, hoc anno, & ſequente, præcedentibus adhuc ſigillis uſi. Siquidem vidi Mechlinienſe diploma, præcedente Curiæ ejus ſigillo munitum, initio tali: *CHARLES par la grace de Dieu E. Roy des Romains, F. Empereur, touſiours Auguſte, Roy de Caſtille, de Leon, de Grenade, d'Arragon, de Nauarre, de deux Sicilles, de Hieruſalem, de Valence, de Majorcque, de Sardine, de Corſic* &c. *Archiduc d'Auſtrice* &c.

In ſcribar. cur. Mech.

Vt an-

Vt ante. *Donné en noſtre ville de Malines, le xxvij. d'Aougſt, l'an de grace M. CCCCC. XX. & de noſtre Regne, aſſcauoir des Romains le premier, & des aultres le vj. Par le Roy, a la relation du Conſeil. I. de Berthois. E. eſleu* denotat. *F. Futur.*

Vidi & aliud, cum ſigillo præcedente, Concilii Sanctioris, quod ita in capite: *CHARLES par la diuine clemence Roy des Romains, eſleu Empereur, touſiours Auguſte, Roy de Caſtille &c.* Vt ſupra, ſine *Hungarie, Dalmatie, Croatie.* Quæ tamen poſtea reſumuntur. In arch. urb. Brug.

Vſus fuit & ſigillo, cui inſcribitur Rex Romanorum; quod Waterlooſii mihi ſuppeditârunt.




Carolvs, poſtquàm in Hiſpania, per Fredericum Palatinum, de ſua, in Regem Romanorum, electione certior factus eſſet: Adriano Florentii, qui à Pontifice jam Cardinalium numero erat adſcriptus, univerſæ Hiſpaniæ præfecto, in Belgium contendit; ac menſe Maio, anni 1520, Brugas ingreſſus, ab Amita ſua Margareta, Belgii Gubernatrice, & fratre ſuo Ferdinando, omniumque ferè Principum Chriſtianorum ac Nationum Oratoribus, ſtudioſiſſimis congratulationibus eſt exceptus.

Vigeſimâ, deinde, primâ Octobris, ejuſdem anni, Aquiſgrani diademate Imperiali condecoratus, exinde ſe non Regem Romanorum, ſed Electum Imperatorem, & Regem Germaniæ, in diplomatibus, appellavit; eo planè modo, quo Avus ejus Maximilianvs, cum Bullam Auream Tridenti, à Pontifice, accepiſſet.

Sigillum ejus, Electi Imperatoris (Germanicum ut arbitror) ſubminiſtrârunt mihi Brugis, Samuel Lommelinus, ejuſque filius Adrianus, Sculptores egregii; quorum Adrianus, Philippi

Pvl-

PVLCHRI Archiducis, in Curia Brabantiæ, itemque ſigillum ejus majus, aliaq;, hoc opere, excellentiora, ſculpſit. CAROLI, hoc eſt ſigillum:



In arch. urb. Brug. Vidi, & cùm hac inſcriptione, ejus diploma anni 1520: *CHARLES par la diuine clemence, eſleu Empereur, touſiours Auguſte, Roy de Germanie, d'Eſpaigne, d'Arragon, de Nauarre, des deux Sicilles, de Hieruſalem, d'Hongrie, de Dalmatie, de Croatie &c. Donné en noſtre ville de Malines, le viij. jour de Ianuier M. CCCCC. XX. & de nos Regnes, aſſcauoir de celuy des Romayns & d'Hongrie, le ſecond, & des Eſpagnes, le v. Par l'Empereur; le Conte d'Hooghſtrate Chief; Meſsire Iean Ruffault, Threſorier des Finances; & aultres preſens. Haneton.*

Ibidem. Sic & Flandricè, ejuſdem anni: KAREL byder gratie Godts ghecoren Roomſch Keyſer/ altijt vermeerder des Rijcx/ Coninck van Germanien/ van Spaegnen/ van Arragon/ van Navarre/ van beyde Sicilien/ van Jeruſalem/ van Hongrien/ van Dalmatien/ van Croatien &c. Ghegheven in onſe Stede van Mechelen/ den xxij. dach in Januario/ in't jaer ons Heeren M. CCCCC. ende xx. van onſen Rijcken/ te weten/ vanden Roomſchen van Hongrien etc. 'tweetſte/ ende van Spaignen etc. 't v. Byden Keyſer/ in ſijnen Raede. Haneton.

Ibidem. Exſtat & diploma anni 1521, hoc modo: KAERLE by der ghenadigheyt Gods/ ghekoren Keyſer vanden Roomſchen Rijcke/ altijds des Rijcs vermeerdere. Coningh van Germanien/ van Caſtillien/ van Leon/ van Aragon/ van Nauarre/ van alle beede Sicilien/

Majeſtatis nominatus,& à nobis pariter, dum properantes in Angliam, ſuperueniente inualetudine in Belgio diſtineremur, virtute facultatis Regiæ nobis conceſſa, ad ipſam pacem interea cum eadem facultate & auctoritate, qua nobis tributa fuerat, tractandam, vnà cum dicto Comite Villamedianæ ſubſtitutis, vt patet mandato facto Bergis S. Winockij, 15. *Maij* 1904. *inferius de verbo ad verbum regiſtrando; omnes Commiſſarij ex parte dicti Sereniſsimi Regis Hiſpaniarum. Carolus Princeps Comes Arembergij, Eques Ordinis Aurei Velleris, à Conſilijs rerum Status, Admirallius generalis &c. Ioannes Richardotus Eques, Secreti Conſilij Præſes,& à rerum Status Conſilijs; & Ludouicus Verreyken Eques, primarius Secretarius & Audientiarius, Sereniſsimorum Principum Archiducum Legati & Deputati, vt patet in mandato facto Bruxellis, die* 12. *menſis Aprilis* 1604. *inferius quoque regiſtrando. Thomas Comes de Dorſet Baro de Buchurſt, Theſaurarius magnus Angliæ; Carolus Comes Nottingham, Baro Hovvard de Effingam, capitalis Iuſtitiarius, & Iuſtitiarius itinerans omnium Foreſtarum citra Trentam, magnus Admiralius Angliæ, & Præfectus generalis claſsium & marium Regnorum Angliæ, Franciæ & Hiberniæ, ac Inſularum & Dominiorum eorundem. Carolus Comes Deuoniæ, Baro de Mountioy, Locumtenens pro Sereniſs. Rege Angliæ in Regno ſuô Hiberniæ, munitionum bellicarum Præfectus, Gubernator Oppidi, Inſulæ & Caſtri de Portſmouth, prænobilis Ordinis Garterij Milites. Henricus Comes Northamtoniæ, Dominus Hovvard de Marnehill, Cuſtos & Admirallius quinque portuum maritimorum; & Robertus Dominus Cecyll, Baro de Eſsingden, Primarius dicti Sereniſs. Regis Secretarius, Magiſter Curiæ Wardorum & Liberationum, Conſiliarij è ſecretioribus Conſilijs Sereniſs. Regis Angliæ, Deputati & Commiſſarij pro dicto Sereniſs. Rege Angliæ &c. Vt patet mandato facto in Palatio ſuæ Majeſtatis Weſtmonaſterij, ſub die* 9. *Maij, Stilo veteri, anno Domini* 1604. *inferius regiſtrando. Præmiſsis prius diligenti rerum omnium examine ac diſcuſsione, factiſque pluribus ſeſsionibus & conferentijs, ac poſt diuturnam diſceptationem, ad omnipotentis Dei gloriam, totius Chriſtiani orbis beneficium, ſubditorumque dictorum Sereniſsimorum Principum vtilitatem & quietem, fuit per nos concluſum, ſtabilitum ac concordatum, prout infra. Primo concluſum, ſtabilitum, & accordatum fuit, & eſt, vt ab hodie in antea, ſit bona, ſincera, vera, firma, ac perfecta amicitia, & confederatio, ac pax perpetuo duratura, quæ inuiolabiliter obſeruetur inter Sereniſsimum Regem Hiſp. & Sereniſsimos Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ &c. & Sereniſsimum Regem Angliæ &c. eorumque hæredes, & ſucceſſores quoſcunque, eorumque Regna, patrias, dominia, terras, populos, homines, ligeos, ac ſubditos quoſcunque præſentes, & futuros, cuiuſcunque conditionis, dignitatis, & gradus exiſtant* &c.

Item conuentum ac pariter ſtabilitum fuit & eſt, vt liceat ad dictorum Principum portus accedere, morari, ac redire cum eadem libertate, nedum cum nauibus ad vſum commercij, & mercium conuehendarum, ſed etiam cum alijs ſuis nauigijs armatis, ad hoſtium impetus cohibendos paratis,

paratis, ſiue vi tempeſtatis appulerint, ſiue ad reficiendas naues, vel ad emendum commeatum &c.

Item quod bona morientium ſubditorum in Regnis ac Prouincÿs alterius conſeruentur ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus, ſaluo iure tertÿ &c.

Exſtat quoque ALBERTI & ISABELLÆ diploma datum anno 1605 hac fronte: ALBERTVS ende ISABELLA &c. Ghegheven in onſe Stadt van Bruſſel/ den xxj. van Meye 1605. By de Erts-Hertoghen; den Marc-Grave van Havré/ Ridder van de Orden/ Banre-Heere van Haveskercke/ Heere van Vendegies/ Hoofden; Heere Jehan Vrenckwairt/ Ridder/ Heere van Dormael/ Threſorier generael; Philips Stercke; Jehan Demetieres/ ghecommitteerde vande Financien; ende andere jeghenwoordigh. Verreycken. In arch. urb. Brug.

Anni 1608. vidi literas Archiducum complexas mandatum, pro iis, qui cum Ordinibus confœderatis inducias pepigere, in hanc ſententiam: *ALBERT & ISABEL* &c. *Comme pour ſortir vne fois de ceſte longue & pernicieuſe guerre, dont (à noſtre grand regret) les Païs de pardeça ſe trouuent trauaillez & affligez* &c. *Pour la bonne cognoiſſance qu'auons des ſens, vertus, prudence, & longue experience de nos treſchiers & feaulx, noſtre Couſin Ambroſio Spinola, Marquiz de Benaffro, Chlr. de l'Ordre de la Thoiſon d'or, du Conſeil d'Eſtat, & de guerre de ſa Majeſté, maiſtre de camp General de ſes armées &c. Meſsire Iehan Richardot, Cheualier, S*[r]*. de Barly, de noſtre Conſeil d'Eſtat, Chef, Preſident de noſtre Conſeil Priué* &c. *Iehan de Mançiçidor, du Conſeil, & Secretaire de la guerre de Maieſté; Iehan Neyen, Commiſſaire general de l'Ordre de S. François en noz Païs de pardeças & Loys Verreyken, Chlr. noſtre Audiencier, & premier Secretaire &c. Nous confians entierement & à plain de leur loyaulté, preud'hommie, ſuffiſance, & diligence, auons iceux commis, ordoné, & deputé, commettons, ordonnons & deputons par ces preſentes, pour au nom de ſadicte Maieſté, & de nous, ſe trouuer & s'aſſembler auec les perſonnages deputez, ou a deputer par leſdits Eſtatz Generaulx des Prouinces vnies, garniz de pouuoir ſuffiſant, audit lieu de la Haye en Hollande* &c. *Donné en noſtre Ville de Bruxelles, le xxvÿ. jour de Ianuier, l'an de grace mil ſix cens huict. T. ALBERT. A. ISABEL. Par les Archiducqz. Prats.* Ex impr. Brux. ap. Rut. Velp. an. 1609.

Anno ſequente 1609. aliud edidêre mandatum, quo præſcribunt articulorum quorundam interpretandorum, augendorumq; rationē, hoc modo: *Comme en arreſtant, & concluant au mois d'Apuril dernier la Treſue de douze ans, entre le Roy noſtre treſhonnoré Seigneur & Frere, & nous d'vne part, & les Eſtatz Generaulx des Prouinces vnies d'autre, l'on ait laiſſé d'eſclaircir aucuns poincts concernans le commerce, trafficque, & qui eſt le principal fruict, & benefice que s'attend d'icelle Treſue* &c. *Sçauoir faiſons, que voulans de noſtre part effectuer ce qu'en ceſt endroit a eſté accordé, & nous confians a plein des ſens, diſcretion, ſouffiſance, leaulté, & bonne diligence de noz chers,* Ex eadem impreſſ. an. 1610.

& feaulx Mſsires Balthazar de Robiano, Threſorier General de nos Domaines, & Finances; Loys Verreyken, Cheualier, Seigneur de Hamme, de noſtre Conſeil de guerre, & noſtre Audiencier, & premier Secretaire; & Iehan Baptiſte Maes, Conſeillier, & Aduocat Fiſcal de noſtre Conſeil de Brabant, auons iceux commis, & deputé, commettons, & deputons par ces preſentes, pour en noſtre nom, ſe trouuer, & aſſembler auec les perſonnages deputez, ou a deputer par leſdicts Eſtatz generaulx des Prouinces vnies, garnis du pouuoir ſouffiſant, audict lieu de la Haye en Hollande, & illecq de noſtre part traicter, conclure, & accorder auec eulx ſur les poinctz cy deſſus ſpecifiez &c. *Donné en noſtre Ville de Bruxelles, le treizieſme jour du mois de Septembre, l'an de grace mil ſix cens & neuf. S.Vt. Y. ALBERT. A. ISABEL. Par les Archiducqs. Prats.*

De ipſis articulis, tùm quòd, excuſi ſæpenumerò, paſſim obvii ſint, tùm etjam quia necdum eorum memoria obſolevit, nihil hoc loci dico.

Anno 1610, promulgato diplomate, duella rurſus proſcribunt:
Ex impr. Gand. ap. Ioan. vanden Steene an. 1610. ALBERT ende ISABEL &c. Ghegheuen in onſe Stadt van Bruſſel/ den naeleſten dach van Februario/ in't jaer ons Heeren/ duyſt ſes hondert ende thien. By de Ertz-Hertoghen/ in hunnen Raede. Verreycken.

Ejuſdem anni vidi ALBERTI ſolius diploma, quo Nob. D. Robertus de Maldeghem, Dn̄s de Grimarez &c. ſupremus militū Tribunus, & pro-Gubernator Brugis, Equeſtris dignitatis ornamento condecoratur; hac inſcriptione: *ALBERT, par la grace de Dieu, Archiducq d'Auſtrice; Duc de Bourgongne* &c. *En teſmoing de ce, nous auons faict ſeeller les meſmes preſentes de noſtre grand ſeel. En noſtre Ville de Bruxelles, le quinzieme iour du mois d'Aougſt, mil ſix cens & dix. S.Vt. Par l'Archiducq. Pratz.*

Eſt & apud me ejus ſolius Flandricum, anni 1611. hoc modo: ALBERTVS/ byder gratien Godts/ Ertz-Hertoghe van Ooſtenrijck; Hertoghe van Bourgoingnen &c. Ghedaen te Mariemont/ den 3. dach van Julio/ in't jaer 1611. ALBERT. Ter ordonnantie van zijne Hoogheydt. J. de Mancicidor.

An. eod. prodiit illud Edictum, quod perpetuum vocant, meliorem juris, in Belgio, Burgundięque Comitatu, dicundi methodum
L. 1. plac. Belg. f. 739 præſcribens: ALBERT ende ISABEL &c. Ghegheven te Mariemont/ den xij. dach van Julio/ in't jaer ons Heeren/ 1611. By de Erdtz-Hertoghen in hunnen Raede. Verreycken.

Habeo & anni 1612: *ALBERT & ISABEL* &c. *Donné en noſtre Ville de Bruxelles, le 4. jour du mois de Iulet, 1612. G. Vt. Par les Archiducqs, en leur Conſeil. T. de Berti.*

Anno 1613. accepit Nob. D. Florentius vanden Eechaute, Eques, Dominus d'Aigremont, Rozuel, Meffery &c. Prætoriam, quâ fungitur adhuc, urbis Brugenſis dignitatem, ſcripto diploma-
In arch. urb. Brug. te, quod incipit, ut cætera: *ALBERT & ISABEL* &c. Ita verò de-

rò deſinit: *Donné en noſtre Ville de Bruxelles, le xv. du mois de Ianuier*, 1613. *H. Vt. Par les Archiducqs; le Conte d'Eſtaires; le Seigneur de Marles, Chief; Balthaſar de Robiano, Threſorier general; Philippe Sterck, Commis des Finances; & aultres preſens. Verreycken.*

Vidi & anni 1614: *ALBERT & ISABEL* &c. *Donné en noſtre Ville de Bruxelles, le xxj. de Iulet* 1614. *Par les Archiducqs, en leur Conſeil. De Berti.* Ibidem.

Anno ſequente, menſis Octobris die decimâ octauâ, Burdegalæ, Principe Aquitaniæ Civitate, celebrata ſunt ſponſalia de futuro, inter PHILIPPUM Hiſpaniarum Principem, PHILIPPI III. Hiſpaniarum Regis Filium, & ISABELLAM, HENRICI IV. Filiam, LUDOVICI XIII. Galliarum Regis Sororem; Guiſio Duce, PHILIPPI partes, ex mandato ei ſubmiſſo, agente; interea videlicet dum, eâdem die, Burgis in Hiſpania, paria de futuro ſponſalia contrahuntur, inter LUDOVICUM XIII. Galliarum Regem, & ANNAM MARIAM, PHILIPPI III. Regis Hiſpaniarum Filiam, PHILIPPI Principis, ac poſtea IV. Hiſpaniarum Regis Sororem; Duſſedæ Duce, Lermæ Ducis Filio, vices LUDOVICI obeunte.

Gemina ſponſalia, in geminas poſtmodum nuptias evaſêre; quæ, dum uterque Hiſpaniæ Galliæque populus, de ſplendoris magnitudine decertat, incredibili cum apparatu, ad Fontarabiam Fanumq; Divi Ioannis de Luz, iis locis videlicet, ubi communis Galliæ Hiſpaniæque terminus, duo potentiſſima Regna diſcernit, ſunt celebratæ; felici ſanè, ac Reipublicæ Chriſtianæ ſalutari Coronæ utriuſque nexu, ſi mutuæ benevolentiæ, per fœdus nuper conciliatæ, jam quoque, per alternas nuptias confirmatę, vinculum perpetuò tenuiſſet.

Anno ſequente 1616, PHILIPPUS III. Hiſpaniarum Rex, qui diſſoluto, per alterutrius obitum, ALBERTI & ISABELLÆ Matrimonio, nulla ex iis natâ ac vivente prole, futurus erat Belgicarum, Burgundiæque ditionum hæres, ALBERTO Archiduci tranſmiſit mandatũ Iurisjurandi, Ordinibus Belgicis præſtandi, itemque ab Ordinibus viciſſim excipiendi: quod videlicet, in eventum ſupradictum, Belgii Provinciæ ad PHILIPPUM redirent. Qua de re exſtat ALBERTI ſolius diploma, hoc tenore: *ALBERT, par la grace de Dieu, Archiducq d'Auſtrice, Ducq de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gheldres; Conte d'Abſbourg, de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin, & de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zutphen; Marquis du S. Empire de Rome; Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, des Cité, Villes, & Pays d'Vtrecht, d'Oueryſſel, & de Groeninghe. En vertu des lettres de procuration & mandement eſpecial, qu'auons de treſhaults, treſexcellent, & treſpuiſſant Prince le Roy d'Eſpaigne, PHILIPPE troiſieſme de ce nom, noſtre treſhonnoré Sr. & Frere. Promettons dez maintenant & jurons* &c. *Qu'au cas que,* In arch. urb. Brug.

ſelon la clauſe & condition de retour, appoſée aux lettres de ceſsion des Päis de pardeça, faicte par le feu Roy d'Eſpaigne PHILIPPE *deuxieſme de ce nom, de treſhaulte memoire, noſtre treſhonnoré Seigneur & Pere, que Dieu ait en gloire, a la Sereniſsime Infante Madame* ISABEL CLARA EVGENIA, *Dame & Princeſſe Souueraine deſdicts Päis, & Prouinces, noſtre treſchiere & treſaimée Compaigne, noſtre Päis, & Conté de Flandres, vienne cy apres a eſcheoir, ſucceder, & retourner a ſadicte Maieſté, icelle entretiendra & obſeruera, fera entretenir & obſeruer, tout ce, que a noſtre reception nous auons juré, & promis en general, & en particulier* &c.

Poſt quæ ita Ordinum omnium Legati in eodem diplomate: *Pour nous conformer à la bonne volunté de leurs Altezes, & a la propoſition, que nous a eſté faicte, de la part du Sereniſsime Archiducq* ALBERT *noſtre Souuerain Seigneur & Prince* &c. *Et ce pour le temps & cas, que ſuyuant, la clauſe & condition de retour, contenu es lettres de tranſport, & ceſsion des Päis de pardeça, faicte par feu de treſhaulte memoire, le Roy d'Eſpaigne deuxieſme de ce nom, a la Sereniſsime Infante Madame* ISABEL CLARA EVGENIA *noſtre Souueraine Dame & Princeſſe, ledict Päis & Conté de Flandres, vienne cy apres a ſucceder, eſcheoir, & retourner a ſadicte Maieſté; promectons & jurons, que pour le cas, & temps de ladicte eſcheance, nous ſerons a ſadicte Maieſté bons & loyaulx ſubiects, & tiendrons, & ferons tenir inuiolablement tout ce que de la part deſdicts Eſtatz du Päis & Conté de Flandres a eſté promis, & juré a leurſdictes Altezes, en leur reception* &c.

Hac verò ratione diploma concludebatur: *Dont & de tout ce que deſſus, nous ayans iceulx deputez es Eſtatz de Flandres, requiz leur vouloir faire depeſcher, & deliurer quelque enſeignement, nous leurs auons octroyé ces preſentes lettres patentes, ſoubz noſtre nom, ſignature, & grand ſeel. Ainſy faict & paſſé audict Mariemont, le dixneufieſme jour de Iuing, l'an de grace, mil ſix cens & ſeize. Ma. Vt. ALBERT. Par l'Archiducq. Verreycken.*

L. 2. plac. Belg. f. 246 Exſtat utriuſque diploma anni 1618: ALBERT ende ISABEL &c. Vt ante Flandricè: Ghegheven in onſe Stadt van Bruſſele/ den neghenſten dach der maendt Meye/ in't jaer ons Heeren/ duyſt ſes-hondert ende achthiene. Ma. Vt. By de Ertz-Hertoghen/ in hunnen Raede. *Le Comte.*

Ibidem fol. 482. Item anni 1619: ALBERT ende ISABEL &c. Ghegheven te Mariemont/ den xij. dach van Septembri/ in't jaer ons Heeren/ duyſt ſes-hondert neghenthiene. Ma. Vt. Byde Ertz-Hertoghen/ in hunnen Raede. Verreycken.

Ibidem fol. 766. Et anni 1621: ALBERT ende ISABEL &c. Ghegheven in onſe Stede van Bruſſel/ den xxj. der maendt Januarij 1621. Ma. Vt. Byde Ertz-Hertoghen/ in hunnen Raede. *Le Comte.*

Fuit & ſigillum ALBERTO & ISABELLÆ, quo uſi ſunt in ſupremo Thalaſſiarchiæ (Admiralitatem vocant) Concilio, hac formâ:

formâ:



Item aliud, quo literas privatas, obſignârunt:



Quodque cachetum vocavêre:



Hoc ſubindè ſigillo, ſubinde quoquè majòris adverſario, literas patentes muniverunt: præſertim in caſtris, belli tempore; pacis verò in aulis ſuburbanis, inſcriptas videlicet Flandricè: Bude

Ertz-Hertoghen. Gallicè: *Par les Archiducqs*. Et ſubinde: *Par ſon Alteze*.

Vidi, inter alias, cum hiſce clauſulis:

De Bruges 2. *Iul.* 1601.
Du Camp deuant Oſtende 19. *d'Aouſt*, 1601.
De Nieuport 25. *Ianu.* 1602.
De Gand 18. *Ianuier*, 1603.
De Bruges 4. *Aouſt*, 1604.
De Bruxell. 14. *May*, 1605.
De Brux. 27. *Sept.* 1606.
In onſe Stadt van Brugghe/ den 1. Octob. 1607.
De Brux. 6. *Septembre*, 1608.
De Bruxelles 11. *Aouſt*, 1609.
A Mariemont, le dernier d'Octobre, 1610.
A Mariemont, le 3. *Iul.* 1611.
A Mariemont 8. *Nouembre*, 1612.
De Bruxelles 2. *Octobre*, 1613.
A Gand 19. *Septembre*, 1614.
Te Bruſſel 1. Octob. 1615.
A Mariemont 1. *Iul.* 1616.
Ter Vueren 28. September/ 1617.
A Mariemont 20. *Iuin*, 1618.
Au Chaſteau de la Vuere 13. *May*, 1619.
A Bruxelles 22. *Apr.* 1620.
A Bruxelles 21. *Ianuier*, 1621.

Hoc an. 1621, duodecennio induciarum elapſo, ALBERTVS & ISABELLA, literis ſuis ad VI. Martii datis, aut induciarum protrahendarum, aut potiùs ſolidæ cujuſdam pacis ineundæ rationes, confœderatarum Provinciarum Ordinibus obtulerunt: D. Petro Pecquio Ziriczeano, Concellario ſuo, eam ob rem, in Hollandiam ablegato. At cum ille, re infectâ, rediiſſet; videretque Pacificus Princeps, novam belli tubam inflari, decima tertia Iulii exinde ſequentis die, debilitatis, per continuam cum artritide luctam, viribus, placidiſſimo, & quieti ſimillimo genere mortis, deficiens, PHILIPPVM III. Hiſpaniarum Regem, Sororium ſuum, qui pridie Calendas Apriles, fine vivendi facto, eum præceſſerat, eſt ſubſecutus; dignus, non ſuorum tantùm, ſed etjam hoſtium judicio, qui, & meliore valetudine, & longiore vitâ uſus fuiſſet.

Cum itaque harum Provinciarum & Burgundiæ ceſſio, ISABELLÆ dumtaxat fuiſſet facta, ratione matrimonii, cum ALBERTO contrahendi, & quamdiu illud ſtaret, nominatimque ſi proles ex eo Matrimonio, poſt alterutrius mortem, ſupereſſet; ut eſt liquidò in verbis: *Au cas qu'il n'y eut ne Filz, ne Fille* &c. (ut ſupra folio 254.) eædem Provinciæ, cum Burgundiæ Comitatu, moriente, primùm PHILIPPO III. Patre, ac deinde

etjam

etjam ALBERTO, ad PHILIPPVM IV. ſunt devolutæ.

Quare ISABELLA deinceps, in Belgio, Gubernatricis officio functa, dotalibus titulis ſuppreſſis, hoſce tantùm diplomatibus præſcripſit: ISABEL CLARA EVGENIA, By der gratie Godts/ Infante van Spaengnen. Et Gallicè: *ISABELLA CLARA EVGENIA, par la grace Dieu, Infante d'Eſpaigne.*

Inter quamplurimas, quæ exſtant hac inſcriptione literas, vidi haſce, variante ſemper concluſione:

De Bruxelles 14. *de Iulet,* 1621. *Ma. Vt. A. ISABEL. Verreycken.*

De Bruxelles 18. *d'Aougſt,* 1622. *Ma. Vt. A. ISABEL. Verreycken.*

A. Bruxelles 3. *d'Octobre,* 1623. *A. ISABEL. Par commandement de ſon Alteze. Mattheo de Vrquino.*

A Bruxelles, le 21. *de Feburier,* 1524. *A. ISABEL. Refrendê par ordonnnance de ſon Alteze. Pedro de St. Iuan.*

De Bruxelles, le iiij. de Iuin, 1627. *A. ISABEL. N. Croonendale.*

De Bruxelles 10. *Mars,* 1628. *Ma. Vt. A. ISABEL. La Faille.*

Te Bruſſel/ den iiij. van Sporcle 1629. Ma. Vt. A. ISABEL. Verreycken.

De Bruxelles, le 6. *de Iuin,* 1631. *A. ISABEL. Verreycken.*

Ejuſdem anni literas ejus vidi, ſcriptas ad Magiſtratum Brugenſem, hoc argumento: *ISABELLA CLARA EVGENIA, par la grace de Dieu, Infante d'Eſpaigne* &c. *Chiers & bien aimez. Ce nous at eſté vne grande conſolation d'entendre, que l'ennemy ſe ſeroit du tout retiré d'auprez de la Ville de Bruges, tant pour le bien general du Païs, que pour le voſtre en particulier. Et comme nous ne doubtons des bons debuoirs par vous rendus, pour la defence d'icelle place, & meſme a recepuoir, auecq tant de promptitude & volonté (comme nous ſommes informez qu'auez faict) la garniſon eſtrangere, qui vous at eſté enuoyé de noſtre part* &c. *Nous ne ſçaurions, ſi non vous en ſçauoir beaucoup de gré, & vous teſmoigner la particuliere ſatiſfaction, qu'en auons receu, vous pouuans du reſte bien aſſeurer, que nous aurons touſiours de voſtre bien & conſeruation, le ſoing & ſouuenance, que voſtre zele & fidelité meritent* &c. *A Bruxelles, le* 8. *de Iuing* 1631. *A. ISABEL. La Faille.* In arch. urb. Brug.

Trajecerat ſiquidem Princeps Auriacus, cùm exercitu XXX millium, in Flandriam, atque in ericeto Beverhoutano, ſeſquimilliari ab urbe Brugenſi, conſidebat: ipſam urbem, ut præ ſe ferre videbatur, oppugnaturus; ubi verò accepit, militem Regium, ad quinque millia, à Magiſtratu & Civibus (præter quàm crediderat) intromiſſum eſſe; ad hæc Santacrucium, Aytonæque Marchiones, Comitem Ioannem Naſſovium, D. Chriſtophorum de Colomna, & Fratrem Lælium Brancaccium, cum copiis Regiis, ab ISABELLA Principe miſſos, urbi ſuppetias adventare; ſuis re-

ceptui canere juſſis, vixdum urbe conſpectâ, tertio, poſtquàm advenerat, die, qui quartus erat Iunii, cum exercitu receſſit.

In hujus rei monumentum, ego tum urbi à Theſauris, armis in cives, in militem commeatu, diſtribuendis, occupatus; & hoſte jam digreſſo, reſpirans, hocce chronographicum ludebam:

AVrIACVs brVgaM VenIt, VIDIt, abIIt.

Isabella porrò, à morte Conjugis ſui Alberti, hæc literis ſuis adhibuit ſigilla, ejus inſignia ſuis inſignibus præponens, hac ratione:





Anno 1633, menſis Decemb. die decimâ, Isabella Princeps, quæ ſtatim à Mariti exceſſu, poſitâ comâ, flammeum nuptiale cum ſacro velo, ſtolam uxoriam cum tunica cinerea, & ceſtum conjugalem cum funiculo veſtali, religioſo aſſeclarum S. Claræ Virginum habitu, commutârat, non ſine ſanctitatis opinione, defuncta, Bruxellis in divæ Gudulæ, ſecus Maritum, in eo, quem noviſſimè geſtârat, amictu (ita enim juſſerat fieri) eſt ſepulta.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum &c. Rex, Filius PHILIPPI III. COMES FLANDRIÆ XXXV. Anno 1621.

POſtridie ejus diei, quo, per obitum Alberti, quemadmodum diximus, hæ Provinciæ, ad Philippvm IV. Hiſpaniarum Regem ſunt devolutæ, miſſæ ſunt Bruxellis, è Concilio ſanctiore, literæ ad omnes Belgii Ordines, nomine ejuſdem Philippi IV. Archiducum adhuc ſigillo munitæ, quibus, omnibus præfectis publico Regis officio, provincia prorogatur, in hanc ſententiam: *PHILIPPE, par la grace de Dieu, Roy de Caſtille,*

Caſtille, d'Arragon, de Leon, des deux Sicilles, de Hieruſalem, de Portugal, de Nauarre, de Grenade, de Tolete, de Valence, de Gallice, de Maillorcques, de Seuille, de Sardaine, de Cordube, de Corſicque, de Murcie, De Iaen, des Algarbes, de Algezire, de Gibraltar, des Iſles de Canarie, & des Indes tant Orientales, que Occidentales, des Iſles & Terre ferme de la Mer Oceane; Archiducq d'Auſtrice; Duc de Bourgeigne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, de Geldres, & de Milan; Conte de Habſbourg, de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, de Thirol, Palatin, & de Haynau, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zuphen; Prince de ZWane; Marcquis du S. Empire de Rome, Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, des Cité, Villes, & Païs d'Vtrecht, d'Oueryſſel, & de Groeninghe; & Dominateur en Aſie, & en Aſricque. A noz Chiers & feaulx, les Preſident, & gens de noſtre Conſeil Prouincial de Flandres ſalut & dilection, comme il ſoit, qu'ayant pleu a Dieu, de retirer a ſoy, le iour d'hier, noſtre treſchier & treſaimé bon Oncle, le Sereniſsime Archiducq ALBERT, *Prince & Seigneur Souuerain des Païs bas, & de Bourgoingne; iceulx Païs ſoient retournez & deuoluz a nous, & a noſtre Couronne, en vertu des conditions, & clauſes de retour oppoſées aux lettres de la ceſsion, qui en a eſté faicte par feu de treſhaulte memoire le Roy* PHILIPE *deuxieſme de ce nom, noſtre treſhonnoré Seigneur, & ayeul, à noſtre treſchiere & treſaimée bonne Tante, Madame* ISABEL CLARA EVGENIA *Infante d'Eſpaigne, en faueur de ſon Mariage, auec ledict defunct Sereniſsime Archiducq, qui ſoit en gloire. Et que par ce moyen, tous Eſtatz, & offices Royaulx, eſdicts Païs ſoient preſentement vacans a noſtre diſpoſition, meſmes voz Eſtatz, & offices, & tous autres de noz Païs & Conté de Flandres. Pour ce eſt il, que voulans donner ordre que les affaires dependans tant de voſtre cognoiſſance, que de la charge de tous autres Iuſticiers, officiers, & miniſtres Royaulx de noſtre dit Païs & Conté de Flandres, ne ſoient aucunement interrompuz, ou retardéz, vous auons & chacun de vous par prouiſion continué, & continuons par ces preſentes, en voz eſtatz & offices reſpectiuement, enſemble tous les officiers dudict Conſeil Prouincial de Flandres, & tous leſdicts Sieges, iuriſdictions, & bancqz ſubalternes, & inferieurs, auecq les miniſtres de Iuſtice en dependans, auſsi tous Gouuerneurs & Capitaines des Villes, forts, & Chaſteaulx dudict Païs, & Conté de Flandres, auecq les gens de guerre ordonnez pour la garde d'iceulx, ſemblablement tous Preuoſtz, Ampmans, Baillis, Eſcouttettes, Mayres, Receueurs, & generallement tous autres officiers & miniſtres illecq, tant de Iuſtice & recepte, que de guerre &c. Donné en noſtre Ville de Bruxelles, ſoubz le grand ſeel, dont leſdicts Sereniſsimes Archiducqz ont vſé pardeça, iuſques à preſent, & nous vſerons tant que le noſtre ſoit paracheué, le quatorzieſme iour de Iuillet, l'an de grace, mille ſix cens vingt vn. De nos Regnes le premier. Ma. Vt. Par le Roy. Verreyken.* In arch. urb. Brug.

Hiſce literis ISABELLA, Belgii gubernaculo, quoad viueret à Rege adeſſe juſſa, addidit ſuas, iiſque hæc perſcribit: *Chiers & bien* Ibidem.

bien aimez, apres qu'il a pleu à Dieu de diſpoſer le jour d'hier de Monſ. noſtre treſchier & treſaimé eſpoux le Sereniſſ. Archiducq A L B E R T, *l'ame duquel nous recommandons, bien à certes, à voz deuotions, & bonnes prieres, deües à l'affection paternelle, dont ſon Alteze vous à tant chery & embraſſé. Nous auons fait ſçauoir a ceulx du Conſeil d'Eſtat, pour ce aſſemblez, noſtre bonne intention, ſur les lettres patentes du Roy Monſeigneur, & Nepueu, y veües, par leſquelles ſa Maieſté s'eſt conformeé a la reſolution du defunct Roy* P H I L I P E, *troiziesme de ce nom, noſtre treſhonnoré Seigneur & Frere (que Dieu abſolue) de la remiſe en noz mains du Regime, & Gouuernement des Pays de pardeça, pour le temps de noſtre vie, au cas preſentement aduenu, de noſtre ſuruiuance a ſadicte Alteze, qui ſoit en gloire, dequoy nous auons bien voulu vous aduertir par ceſte, & ioinctement vous exhorter a la continuation des bons, fidelz, & aggreables debuoirs, que vous auez touſiours fait paroiſtre au ſeruice de voz Princes, pour le plus grand honneur de Dieu, bien & tranquillité de ce Pays, en ce qui eſt de l'exercite de voz charges, & particulierement en la bonne & droicturiere adminiſtration de Iuſtice, principal fondement, & appuy de ceſtuy eſtat; la conſeruation & proſperité duquel nous aurons touſiours ſingulierement à cœur, & y apporterons volontiers les fauorables effects de l'aſſeurance, que vous auez de noſtre bonne inclination, & amour naturelle enuers vous. Et comme ſa Maieſté à auſsi trouué conuenir, de vous continuer, par prouiſion, en voz eſtatz, & offices reſpectiuement, enſemble tous autres officiers, & miniſtres Royaulx du Païs, & Conté de Flandres, ſelon que vous verrez plus particulierement par les lettres patentes de continuation cy ioinctes, nous vous ordonnons, au nom & de la part de ſadicte Maieſté, de ſelon le contenu d'icelles vous regler & conduyre &c. De Bruxelles, le xiiij. de Iuillet 1621. Ma. Vt. A. I S A B E L. Verreyken.*

Titulos, diplomatibus exordiendis, eoſdem adhibuit P H I L I P P V S IV. quos avus ejus P H I L I P P V S II. idque eodem, quo ille, jure.

Gallicè, ut paullò ante.

Et Flandricè, in diplomate anni 1622, quo monetæ ſuæ, in Belgio uſitandæ, pretium dicit : P H I L I P P V S/ by der gratie Godts/ Coninck van Caſtillien/ van Leon/ van Arragon/ van beyde de Sicilien/ van Hieruſalem/ van Portugal/ van Navarre/ van Grenade/ van Toleten/ van Valence/ van Gallicien/ van Maillorken / van Sevilien/ van Sardinien/ van Corduбe/ van Corſijcke / van Murcie/ van Jaën/ vande Algarben/ van Algeſire/ van Gibraltar/ vande Eylanden van Canarien/ van Indien ſoo Orientale als Occidentale/ vande Eylanden ende vaſten Lande der Zee Oceane; Ertz-Hertoghe van Ooſtenrijck; Hertoghe van Burgundien/ van Lothrijck/ van Brabandt/ van Limbourgh/ van Gheldre/ ende van Milanen; Grave van Habsbourgh/ van Vlaendren/ van Artois/ van Burgundien/ van Thirol; Pals-Grave/ ende van Henegouwe/ van Hollandt/ van Zeelandt/ van Namen/ ende van Zuytphen;

Ex impr. Antuerp. ap. Hier. Verduſſ. 1622.

phen; Prince van Swabe; Marck-Grabe des Heylichs Rijcks van Roome; Heere van Vrieſlandt/ van Salins/ van Mechelen/ vande Stadt/ Steden ende Landen van Utrecht/ Overijſſel ende Groeninghe; ende Dominateur in Aſie ende Affrijcken.

Sigilli, quod his literis appenſum dicitur, hic ſubjicio iconem:





In Concilio Mechlinienſi utuntur hoc:





Hoc

Hoc in Brabantico, adhibetur:





In Geldrico, hac eſt figurâ:





Inſignia gerit eadem cum Avo, utpote omnium ejus ditionum hæres.

Titulus idcirco idem etjam eſt utriuſque.

Clauditur verò ſuperius diploma vernaculum anni 1622, hoc modo: Des toirconden hebben wy onſen Zeghel hier aen doen hanghen. Ghegheven in onſe Stadt van Brueſſel/ den leſten dach van October/ duyſent ſes-hondert twee-en-twintich. Ende van onſen Rijcke/ het twerde. Ma. Vt. By den Coninck/ in zijnen Rade. Verreyken.

Sunt item ſuperioris proœmii, diplomata PHILIPPI varia, variè deſinentia.

L. 2. plac. Belg f. 573. PHILIPS &c. Ghegheuen in onſe Stadt van Bruſſel/ den iiij. dach

dach van September/ in't jaer ons Heeren 1623. Ende van onſe Rijcken/ het derde. Ma. Vt. By den Coninck/ in zijnen Raede. Verreyken.

PHILIPS &c. By rijpen adviſe van Raede/ ter deliberatie van onſe ſeer lieve ende ſeer beminde Moye/ Mevrauw ISABEL CLARA EVGENIA/ by der gratie Godts Infante van Spae-gnen etc. hebben beveſtight ende gheratificeert etc. Tot Bruſſel/ den 10. December 1624. Van onſe Rijcken/ het vierde.. Ma. Vt. By den Coninck/ in ſijnen Raede. Verreycken. Ibidem fol. 710.

PHILIPS &c. Ghegheven in onſe Stadt van Bruſſel/ den ſevenſten dach Ianuary/ van jaere ons Heeren/ duyſt/ ſes-hondert/ ende ſes-en-twintich. Ende van onſen Rijcke het vijfde. Ma. Vt. Byden Coninck/ in zijnen Raede. F. de Groote. In arch. urb. Brug.

Hiſce annis, & ſequentibus, PHILIPPVS IV. hoc etjam peculiari ſigillo diplomata, in Concilio ærarii (vulgò Finantiarum) edita munivit.



Quemadmodum & in ſupremo rerum maritimarum.



Epiſtolis obſignandis ſerviêrunt hæc minuſcula, quæ, ab officio, ſigneta nuncupantur.





Itemque alterum, aliquantò majus, cachetum barbarè vocitatum.



Id tamen non privatis modò epiſtolis, verùm etjam iis publicis literis, quæ vulgari formulâ: Byden Coningh. Gallicâ: *Par le Roy*, inſcribuntur, adhibetur; ſigillo adverſo majoris, in Concilio ſecretiore uſitati, nonnunquam, loco hujus, literis illis impreſſo.

Ex Hiſpania etjam Rex tranſmiſit quandoque diplomata, gallico ſemper idiomate conſcripta: munita, uſque ad annum 1625, ſigillo PHILIPPI II. quo, ante obtentam Luſitaniam, abſque parmula Luſitanica, etjam fuit uſus, ante dato folio 257. vidi enim eo conſignatum diploma, anni 1622, quo Nob. D. Antonio Delrio Ayala, Domino de Denterghem & Tielroobroucq, Conſuli Franconatenſi, dignitatem equeſtrem confert; initio ut ſupra. *PHILIPPE* &c. *Donné en noſtre Ville de Madrid, Royaume de Caſtille, le trentieſme jour de Nouembre, l'an de grace, mil ſix cens vingt & deux. Et de noz Regnes le deuxieſme. Eps. Segobs. Vt. PHILIPPE. Par le Roy. Ioſſe de Brito.*

Item alterum, an. 1623, quo eâdẽ dignitate ornat, æquè à Nobilitate ac doctrina clarum D. Iacobum Pardo, Dominum de Fremicourt, Bencourt, Bylauderie &c. urbis Brugenſis Conſulem, prooemio ut ſupra. *PHILIPPE* &c. *En teſmoing de ce, nous auons ſigne ces preſentes de noſtre main, & y faict mettre noſtre grand ſeel. Donné en noſtre Ville de Madrid, Royaume de Caſtille, le 22. jour du mois d'Aougſt, l'an de grace, mil ſix cens vingt trois. Et de*

nos Re-

nos Regnes, le iij. Eps. Segobs. Vt. P H I L I P P E. *Par le Roy. Bruneau.*

Item aliud anni 1625, quo D. Ioannem, prædicti D. Iacobi Fratrem, Dominum de Gavere &c. etjam Conſulem Brugenſem; in eundem Ordinem equeſtrem adſciſcit: *P H I L I P P E* &c. *Donné en noſtre Ville de Madrid, Royaume de Caſtille; le 30. jour du mois de Iuing, l'an de grace 1625. Et de nos Regnes, le 5. Fe. Inacus Vt. P H I L I P P E. Par le Roy. Ioſſe de Brito.*

Poſtea ejuſmodi literis, adhibitum reperio; ipſius P H I L I P P I, novum ſigillum.





Hiſpa-

Hiſpanico hoc ſigillo communitum vidi ejus diploma an. 1634 quo Nob. ac Eruditum D. Ioannem Parmentier, Terſtrate Toparcham, Equeſtris dignitatis inſigniis exornat: *PHILIPPE* &c. *En teſmoing* &c. *Donné en noſtre Ville de Madrid, Royaume de Caſtille, le ſeiſieſme jour du mois de Mars, l'an de grace mil, ſix cens trente quatre. Et de nos Regnes, le douxieſme. Legs. Vt. PHILIPPE. Par le Roy. Ioſſe de Brito.*

Item aliud ejuſdem anni, quo Nob. D. Ferdinandus Verannemau, ſcabinus Franconatenſis, in Equitum ordinem cooptatur, hoc literarum tenore: *PHILIPPE* &c. *Donné en noſtre Ville de Madrid, Royaume de Caſtille, le dixhuitieſme jour du mois de May, l'an de grace, mil, ſix cens trente quatre. Et de nos Regnes, le treiſieſme. C. Solr. Vt. PHILIPPE. Par le Roy. Ioſſe de Brito.*

Anno 1630, cum PHILIPPO IV. natus eſſet Filius PHILIPPVS CAROLVS BALTHASAR (cui Deus ad multos annos vitam concedat) ISABELLA, officii ergò in Hiſpaniam ablegavit D. Nicolaum de Montmorency, Comitem d'Eſterres, &c. ſupremum ærarii Regii præfectum, qui, nomine ſuo, Regi & Reginæ, novam progeniem gratularetur; & (quandoquidem ISABELLA laboribus aſſiduis fracta, & annis gravata, Imperii, longo bello quaſſati, molem ægrè ſuſtineret) maturaret Regis Concilium, de altero è fratribus, ſive is CAROLVS, ſive FERDINANDVS foret, in Belgium tranſmittendo, qui Amitæ ſuæ, Belgiſque conſilio atque auxilio adeſſet.

Valuit apud Regem Montmorentiaci oratio, adeoque anno 1632 Fratrem ſuum FERDINANDVM Cardinalem, Toleti Archiepiſcopum, Belgio deſtinatum, Madrito Barcinonem deduxit; qui, ſolutis inde navibus, menſe Aprili 1633, ſecundo curſu in Italiam devectus, quintâ Maii Genuenſem tenuit portum, unde viceſimâ quartâ menſis ejuſdem, ingreſſus Mediolanum, mox inde Feriæ Ducem in Alſatiam præmiſit, contra Suecos, ipſe Mediolani æſtatis reliquum, hyememque ſequentem, conſcribendo milite, exacturus.

Feriæ Ducis adventu, Conſtantia, itemq; Briſacum obſidione Suecorum liberatæ ſunt; qui præterea Friburgum, aliaſque urbes iiſdem Suecis eripuit: plura facturus, niſi à morte interceptus, undecimâ Ianuarii, anno 1634, vitâ pariter & præfecturâ militari defunctus fuiſſet.

FERDINANDVS, nuntiis de Feriæ Ducis obitu acceptis, pridie Kal. Iulias Mediolano movit, Alpibuſque, quà in vallem Telinam deſcenditur, ſuperatis, eamque vallem emenſus, Oenipontem venit, Principem Tirolenſis Comitatûs urbem, atq; inde reliquias exercitûs Feriani, ſuo adjunxit. Cumque per id tempus FERDINANDVS, FERDINANDI Imperat. Filius, Hungariæ Rex, Nortlingam urbem obſidione premeret, atque ad eandem liberandam SaxoVimarienſis Bernardus, & Guſtavo Hornio Du-

nio Duce, Sueci, extrema quæque molirentur: jamque, ingenti cum exercitu, in ſubſidium urbis adventarent; FERDINANDVS noſter opportunè adfuit, & Cognato dexteram copiaſque ſociavit.

Igitur ubi decretum eſt prælio decertare, hoſtem, omnibus ad pugnam paratis, expectant: qui dum totis viribus irruit, atrociſſimè pugnatur; cumque ab unius colliculi, auctore noſtro FERDINANDO occupati, poſſeſſione, tota victoria dependere videretur, hunc, à Suecis & Vimarienſe, decimoſeptimo, aſſultu, pertinaci contentione impetitum, Hiſpani, Cæſareiq;, pari conſtantiâ, ad extremum uſq;, defenſarunt. Fuſus fugatuſq; hoſtilis exercitus; Hornio capto, atque, ut fama ferebat, duodecim millibus oppugnantium deſideratis, tormentis majoribus LXX, ſignis CCC, bellicis plauſtris LXXX, in Cæſaris poteſtatem redactis. Quod in prælio quantum ad victoriam momenti attulerit conſilium FERDINANDI Cardinalis, in conſervato colle, docuit eventus. Quàm verò præſenti & imperturbato animo fuerit, etjam ubi de ſumma rerum agebatur, tunc patuit, cum ad latus ejus Ayaſſo Tribuno tormenti pilâ proſtrato, nec locum nec vultum mutaret, Petrumque Gironium Equitem, ſaucium ac nutantem, manu prehenſum ſuſtineret, ne ex equo in terram dilaberetur.

Exitus prælii, urbis obſeſſæ, ut fit, deditionem, maturavit; nec ſolam Nortlingam, ſed & alia pariter oppida traxit. Noſterque FERDINANDVS Mœnum priùs, deinde Rhenum tranſgreſſus, Coloniam Agrippinam venit, atque inde in Belgium pergens, quartâ Novembris, 1634. incredibili omnium gaudio, Bruxellas eſt ingreſſus.

An. ſequente, dum FERDINANDVS hyeme licet aſperrimâ, maritimam Flandriam luſtrare deſiderat, Gandavi, Brugis, aliiſq; Flandriæ urbibus magnificè eſt exceptus; omnium verò ſplendidiſſimus fuit Antuerpienſium in eo excipiendo apparatus, qui pictorem habuit, literis pariter & picturâ inclytum, Dñm Petrum Paulum Rubenium, ſæculi noſtri Apellem; emblematum verò & epigrammatum auctorem Cl. virum Dominum Caſparum Gevartium, urbi à ſecretis, à quo totam illam pompam quà cælo, quà typis excuſam, brevi exſpectamus. Quorum quidem, per omnes urbes emblematum, una erat & potiſſima ſententia, ut, quam de FERDINANDI præſidio ſpem, animis Belgæ conceperant, muto hieroglyphicorum quaſi ſermone teſtarentur. Nec certè defuit mox FERDINANDO materia virtutem ſuam Belgis oſtendendi, ſiquidem eâ ipſâ æſtate, Gallos æquè & Hollandos, qui junctis hinc inde viribus, devaſtatâ Brabantiâ, Theniſque fœdiſſimè direptis, Lovanium duobus potentiſſimis exercitibus obſidebant, non magnis copiis in turpem fugam egit. Nec minus deinde feliciter ſequentibus annis, ac præſertim hujus anni 1638 æſtate, dum iidem ipſi hoſtes mutato conſilio,

ſilio, diſjunctis jam viribus, unam, uno tempore, Flandriam, ab ortu ſolis Hollandus, ab occaſu Gallus, invadere moliuntur. Iam enim hinc Francus, Fani D. Audomari (quod occidentalis Flandriæ clauſtrum eſt) obſidionem, copioſiſſimo milite, urgebat; indè verò Hollandus, tranſmiſſo Scalde, Calloam, aliaque, orientali Flandriæ præſtructa munimenta, tumultuariâ irruptione intercepta, etjam tenebat: cum FERDINANDVS, ſuis quoque viribus diviſis, utrumque, non longo temporis intervallo, ita eſt adortus, ut illum, Sabaudo & Picolominæo Ducibus, urbem obſeſſam deſerere; hunc ipſemet, præſenti virtute, inſeſſas ſtationes reddere coëgerit: dubium, majorine utriuſque clade, an ignominiâ; quamvis, & hic & illic, Ducum clementia, victis parcendo, id facilè cladi detraxerit, ut ne duplo major eſſet, quàm erat futura. Nec unam, unâ æſtate, victoriam à Batavis reportavit FERDINANDVS: dum enim Auriacus rem, in Flandria infeliciter geſtam, alibi conatur emendare, traductoq; Moſam inter ac Rhenum exercitu, Geldriam, ejus Provinciæ caput, maximique, pro Rege, momenti urbem, obſidere parat, decimâ obſidionis die, adventantis, cum Marchione Ledæo, aliiſque belli Ducibus, FERDINANDI impetum reformidans, deſertis, quas toto decendio muniverat, ſtationibus, properè ſe, copiaſque in tutum recepit; urbe, ſuiſq; munitionibus, FERDINANDO permiſſis. De hiſce, aliiſque heroicis ejus geſtis, plura dicendi locus erit, ad ipſius FERDINANDI ſigillum, in altero, de Familia Flandrica ſigillorum volumine, quod æſtate proximâ, in publicum dare decrevi, ſi vitam Deus; quem obteſtor, ut Regem noſtrum Comitemque, PHILIPPVM, & FERDINANDVM Cardinalem, ejus hic vices agentem, Belgio, ac imprimis Flandriæ noſtræ, hoſtibus pœnè undique circumſeſſæ, diu ſoſpites conſervet; in quod votum deſinens, nunc quidem calamum pono; mox tamen eundem, ad ulteriora perſcribenda, reſumpturus.

NOBILITATI

S. P.

VIr nobilis, quiſquis es, ſive tu Belga, ſive exter, qui à Comitibus Flandriæ genus ducis; ſeu Progenitores tuos legitima nativitas ediderit, ſeu ſequior: ſi tibi diplomata ſunt, à tuis, in domo Flandrica, majoribus, olim data, neque à D. Auberto Miræo, aut à D. Andrea du Cheſne, hactenus publicata, quibus originem & familiam probas, mecum ut in rem tuam, communicare velis, rogo. Vt videlicet, altero ſigillorum libro, quem de familia domus Flandricæ nunc elucubro, æſtate proximâ, Deo volente, proditurò, unà lucem accipere poſſint. Ego enim non committam, ut à me quicquàm tradatur, quod non, aut ſigillis, aut diplomatibus, aut ſaltem illorũ ſcriptis, qui eo, de quo agetur, tempore vixerunt, fuerit comprobatum. Vale.

DIPLOMATVM

A

PHILIPPO IV.

EDITORVM TITVLVS

LATINE.

PHILIPPVS, DEI GRATIA, REX CASTELLÆ, LEGIONIS, ARRAGONIÆ, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, PORTVGALLIÆ, NAVARRÆ, GRANATÆ, TOLETI, VALENCIÆ, GALLICIÆ, MAIORICARVM, HISPALIS, SARDINIÆ, CORDVBÆ; CORSICÆ, MVRCIÆ, IAEN, ALGARBÆ, ALGEZIRÆ, GRIBALTAR, INSVLARVM CANARIÆ, INDIÆ TAM ORIENTIS QVAM OCCIDENTIS, INSVLARVM, ET CONTINENTIS MARIS OCEANI; ARCHIDVX AVSTRIÆ; DVX BVRGVNDIÆ, LOTHARINGIÆ, BRABANTIÆ, LIMBVRGI, LVXEMBVRGI, GELDRIÆ, ET MEDIOLANI; COMES HABSBVRGI, FLANDRIÆ, ARTESIÆ, BVRGVNDIÆ, TIROLIS, PALATINVS, HANNONIÆ, HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, NAMVRCI, ET ZVTPHANIÆ; PRINCEPS SVEVIÆ; MARCHIO SACRI IMPERII ROMANI; DOMINVS FRISIÆ, SALINARVM, MECHLINIÆ, CIVITATIS, OPIDORVM, ET PROVINCIARVM, VLTRAIECTI, TRANSISVLANÆ, ET GROENINGÆ; ET DOMINATOR IN ASIA ET AFRICA.


OLIVA FLANDRICA
Exhibens PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis, à BALDUINO FERREO I. Comite Flandriæ, ſtemma Genealogicum.
Diplomatibus eius permittuntur.
Burgundia Ducatus. Anno. 1369.
Mechlinia Anno. 1111.
ILLVSTR. ET EXCEL. HEROI
D. GASPARI DE GVZMAN
COMITI DE OLIVARES.
DVCI DE SANLVCAR ETC.
D. C. Q.
Oliuarius Vredius I. C. Brugenſis.
Gandauum, urbs natalis CAROLI. V. Imp.
Brugæ, urbs natalis PHILIPPI PULCHRI


INSIGNIA REGNORVM OMNIVM, AC PROVINCIARVM QVAE HISCE SIGILLIS EXHIBENTVR.
INSIGNIA COMITVM FLANDRIAE.
Anglia.
Arragonia.
Arteſia.
Auſtria vetus.
Auſtria noua.
Betunia.
Bohemia.
Brabantia.
Burgundia antiqua.
Burgundia noua.
Burgundia comitatus.
Carinthia.
Carniola.
Caſtella.
Croatia.
Dalmatia.
Dominicum-patri ſeu Dampetra.
Elſatia.
Flandria.
Francia.
Friſia.
Geldria.
Germaniæ regnum.
Granata.
Habſburgum.
Hannonia vetus.
Hannonia.
Hieroſolymæ.
Hollandia.
Hungaria.
Legio.
Limburgum.
Luxemburgum.
Marchionatus S. R. Imperii.
Mechlinia.
Mediolanum.
Namurcum.
Nauarra.
Neapolis.
Niuernium priſcum.
Portugallia.
Rethella ſeu Regiſtetum.
Romanum Imperium.
Salinæ.
Sicilia.
Stiria.
Sutphania.
Teneramunda.
Tirolis.
Vltrajectum.
Zelandia.
primorum uſque ad Phil. Audacem.
Philippi Audacis.
Margaretæ Maleanæ
Ioannis Intrepidi & Philippi Boni.
Philippi Boni obtentâ Brabantiâ.
Caroli Filii Phil. & Mariæ Neptis.
Maximiliani Archiducis Auſtriæ.
Mariæ nuptæ Maximiliano.
Philippi Pulchri Archiducis.
Ejuſdem.
Philippi I. Regis Caſtellæ & Caroli Principis Hiſp.
Philippi item & Caroli Regis.
Caroli V. Imperatoris.
Philippi II. Regis Hiſp.
Philippi II. obtentâ Portugalliâ.
Iſabellæ Archid. Philippi IV.
Alberti Archiducis.

Hæc inſignia, Nobilis atque eruditus juvenis, D. Iulius Chiffletius, Cl. D. Ioannis-Iacobi Filius, ejuſque virtutum ac ſtudiorum æmulus, propriis Fecialiū terminis, ita latinè & gallicè expreſſit, ut colores (magnum in ſymbolis dignoſcendis momentum) quos ſigilla nequeunt oculis ſubjicere, intellectui, loquaci veluti pictura, repræſentet.

Characteres Arithmetici, ſingulis adjecti, folium libri, quo prima ſcuti cujuſque ſit mentio, deſignant.

ANGLIA; ſcutum miniatum, tribus aureis impreſſum pardis, linguâ & falculis cæruleis. Fol. 198.

ARRAGONIA; ſcutum aureum, palo quadruplici coccineo impreſſum. 137.

ARTESIA; area cærulea, liliis Gallicis conſperſa, limbo tripede coccineo, in capite, diminuta. 61.

AVSTRIA-VETVS; ſcutum cæruleum, alaudis quinque exaratum, prioribus quatuor binis & binis, quintâ in ima parte impreſſâ. 130.

AVTRIA-NOVA; ſcutum coccineum, argenteâ zonâ exaratum. 103.

BETVNIA Dominium; faſcia coccinea, ſcuto argenteo impreſſa. 48.

BOHEMIA; leo argenteus, linguâ & falculis aureis, in areâ coccineâ exaratus. 273.

BRABANTIA; ſcutum furvū, aureo leone, linguâ & falculis miniatis impreſſum. 61.

BVRGVNDIA-ANTIQVA; ſcutum ſexies, auro & cyano obliquo, dextrorſus faſciatum. 63.

ANGLETERRE; *de gueulles, à 3. leopards d'or, lampaſſez & armez d'azur.*

ARRAGON; *d'or, à un pal de gueulles, de quatre pieces.*

ARTOIS; *de France, ſans nombre, au lambeau de gueulles, à 3. pendans.*

AVSTRICE-ANCIENNE; *d'azur à cincq allouëttes d'or. 2. 2. 1.*

AVSTRICE-MODERNE; *de gueulles, à la faſce d'argent.*

BETVNE; *d'argent, à la faſce de gueulles.*

BOHEME; *de gueulles, au lion d'argent, lampaſſé & armé d'or.*

BRABANT; *de ſablé, au lion d'or, lampaſſé & armé de gueulles.*

BOVRGONGNE-ANCIENNE; *bandé d'or & d'azur, de ſix pieces*

BOVRGONGNE-MODERNE: *ſemé de France, à la Bordure componée & cantonnée d'argent & de gueulles.*

BOVRGONGNE COMTE'; *d'azur, ſemé de billettes d'or, au lion de meſme, lampaſſé & armé de gueulles.*

CARINTHIE; *d'Auſtrice moderne, party d'or, à 3. leopards de ſable, lampaſſez & armez de gueulles, mis l'un ſur l'autre, qui eſt de* SVABE; *les deux enſemble, pour* CARINTHIE.

CARNIOLE; *d'argent, à l'aigle d'azur, becqué & membré de gueulles, chargé ſur la poictrine d'un croiſſant, eſchiqueté d'argent & de gueulles, de deux traits.*

CASTILLE; *de gueulles, au Chaſteau d'or, ſommé de 3. tours, auſsi d'or, maſſonné de ſable, fermé d'azur.*

CROATIE; *eſchiqueté d'argent & de gueulles, de 8. traits.*

DALMATIE; *d'azur, à 3. muſfles de leopards, d'or.*

DAMPIERRE; *de gueulles, à 2. lions leopardés, d'or; mis l'un ſur l'autre.*

ELSACE, *ou* ALSACE; *de gueulles, à la bande d'or, a 6. couronnes de meſme, miſes en orle.*

FLANDRES; *d'or, au lion de ſable, langué & armé de gueulles.*

FRANCE; *d'azur, à 3. fleurs de lys, d'or.*

FRISE; *d'azur, à 2. lions leopar-*

BVRGVNDIA-NOVA; area cærulea, liliis aureis ſparſa; limbo circumducto, ex argento & coccino angularibus compoſito. 63.

BVRGVNDIA COMITATVS; ſcutum cæruleum, plinthidibus aureis, incerto numero, ſparſis, & leone ejuſdem metalli, linguâ & falculis coccineis, impreſſum. 60.

CARINTHIA; ſcutum ab ſummo bipertitũ; dexter laterculus Auſtriacus modernus: ſiniſter aureus, tribus pardis furvis impreſſus; qui eſt Sueviæ: ambo ſimul juncti, ſymbolum Carinthiacum referunt. 103.

CARNIOLA; area ſcuti argentea, cum aquila cærulea, roſtro & cruribus coccineis; impreſſâ pectori lunâ cornutâ, teſſellarum, argenti & minii ductu, areolatâ. 103.

CASTELLA; in ſcuto coccineo Caſtellum aureum, lapidum juncturis fuſcis, portâ & feneſtris cæruleis occluſum, tribus turribus, & ipſis aureis, deſuper eminentibus. 137.

CROATIA; ſcutum, octo teſſellarum ductibus, ex argento & coccino, diſtinctum. 145.

DALMATIA; area ſcuti cærulea, ternis aureis pardorum roſtris impreſſus. 145.

DOMINICVM-PETRI, ſeu DAMPETRA; aurei leones duo, in ſcuto coccineo exarati; quorum alter alteri impoſitus; ambo incedentium, ſeu pardorum habitu. 38.

ELSATIA vel ALSATIA; ſcutum coccineũ, aureo baltheo, & ſex ejuſdem metalli coronis, ad oram, impreſſum. 143.

FLANDRIA; leo niger, linguâ & falculis rubiis, ſcuto aureo adpictus. 6.

FRANCIA; ſcutum cæruleum, tribus aureis liliis impreſſum. 198.

FRISIA; Scutariæ teſſeræ color

lor cæruleus, binis leonibus aureis, in modum pardorum gradientibus adpictis. *Aream nonnulli nummis Byſantiis argenteis ſpargunt.* 160.

GELDRIA; leo aureus, areæ cæruleæ impreſſus, linguâ & falculis coccineis. 174.

GELDRIA; ſcutum ab ſummo bipertitum; dextra pars cærulæa, leone aureo in lævam obverſo, linguâ & falculis coccineis impreſſa; quæ ipſius Geldriæ ſymbolum; ſiniſtra verò aurea, atro leone, dentibus & falculis argenteis, linguâ coccineâ, exarata; quæ eſt teſſera Iuliacenſis. 153.

GERMANIA, ſive Romanorum Regnum; Aquila furva, roſtro, linguâ, & cruribus miniatis, ſcuto coccineo impreſſa. 119.

GRANATA; ſcutum argenteum, cum punico praſino, ramulo & foliolis viridibus ſuſtentato, hiante cortice, granulis coccineis 138.

HABSBVRGVM; leo coccineus, coronâ, linguâ, & falculis cyaneis. 103.

HANNONIA-VETVS; canterius, atri coloris: tergeminus, areæ aureæ impreſſus. 28.

HANNONIA; leo niger, linguâ & falculis miniatis, ſcuto aureo exaratus. 153.

HANNONIA-HODIERNA; leunculi quatuor, ſcuto aureo impreſſi; primus & quartus, qui Flandriæ ſymbolum referunt, atri; ſecundus & tertius, qui Hollandicum, coccinei. 139.

HIEROSOLYMA; in ſolo argenteo, pedata crux aurea, oram ſcuti minimè pertingens; ad quatuor ſcuti angulos, ſingulis crucibus minutis, itidem aureis, præcincta. 159.

HOLLANDIA; leo coccineus, in ſolo ſcuti aureo. 139. 153.

dez d'or, mis l'un ſur l'autre: Quelques uns ſement leſcu de Beſans d'argent.

GVELDRES; *d'azur, à un lion d'or, lampaſſé & armé de gueulles.*

GVELDRES; *parti, au premier d'azur, à un lion contourné d'or, lampaſſé & armé de gueulles, qui eſt de Gueldres; au 2. d'or, au lion de ſable, denté & armé d'argent, lampaſſé de gueulles, qui eſt de Iuliers.*

GERMANIE *Royaume, ou des Romains; d'or, à l'aigle de ſable, becqué, langué, & membré de gueulles.*

GRENADE; *d'argent, à une Grenade de ſinople, ſouſtenuë & fueillee de meſme, ouverte & grenee de gueulles.*

HABSBOVRG; *d'or, à un lion de gueulles, couronné, lampaſſé, & armé d'azur.*

HAINAV-ANCIEN; *d'or, à un chevron de ſable, de 3. pieces.*

HAINAV, *d'or, à un lion de ſable, langué, & armé de gueulles.*

HAINAV-MODERNE; *d'or, à quatre lions cantonnez; le premier & dernier de ſable, qui eſt de Flandres; le 2. & 3. de gueulles, qui eſt de Hollande.*

HIERVSALEM; *d'argent, à une croix pattee, raccourcie, d'or, cantõnee de 4. croiſettes de meſme.*

HOLLANDE; *d'or, à un lion de gueulles.*

HONGRIE; *burelé d'argent & de gueulles, de 8 pieces.*

HVNGARIA; ſcutum octonis, ex argento & minio, tæniis tranſverſis exaratum. 143.

LEON; *d'argent, au lion de pourpre, couronné, lampaſſé & armé d'or.*

LEGIO; leo molochinus, coronâ, linguâ, & falculis aureis, in areâ ſcuti argenteâ, 137.

LIMBOVRG; *d'argent au lion de gueulles, couronné, & armé d'or, lampaſſé d'azur; à la queuë fourchee, paſſée en ſautoir.*

LIMBVRGVM; ſcutum argenteum, cum leone coccineo, coronâ & falculis aureis, linguâ cæruleâ, caudâ bifidâ, in decuſſim trajectâ. 80.

LVXEMBOVRG; *burelé d'argent & dazur, à un lion de gueulles, couronné, langué & armé d'or, qui eſt de Limbourg, brochant ſur le tout.*

LVXEMBVRGVM; ſcutum tæniis tranſverſis, ex argento & cyano, ſine numero, exaratum; leone coccineo Limburgenſi ſuper adpicto. 153.

MARQVISAT DV SAINCT EMPIRE *à Anvers*; *de gueulles, à un Chaſteau en triangle, flanqué de 3. tours donjonnées, le tout d'argent, maſſonné de ſable; ſurmonté de 2. mains de carnation ouvertes, l'une en bande, l'autre en barre; au chef de l'eſcu, de l'Empire.*

MARCHIONATVS S. R. I. ANTVERP. area ſcuti coccinea Caſtello argenteo clauſo, triquetræ figuræ, & ternis ad angulos turribus munito; juncturis lapidum ubique fuſcis; ſupra binis manibus expâſis, coloris nudæ carnis, alterâ obliquâ dextrorſum, alterâ ſiniſtrorſum poſitâ; inſignibus Imperii, in ſcutario capite, adjectis. 153.

MALINES; *d'or, à un pal de gueulles de 3. pieces, celle du milieu chargée d'un eſcuſſon du Royaume de Germanie.*

MECHLINIA; ſcutum aureū, triplici palo coccineo exaratum; parmula Regni Germanici, medio eorum adpictâ. 153.

MILAN; *eſcartelé; au 1. & 4. d'or à un aigle de ſable; au 2. & 3. d'argent, à la guivre d'azur, de 3. tours en pal.*

